dit spiritus alia etiam creauit.
sicut ostendit supradicta scriptu/
ra genesis que dicit in principio
deum creasse celum idest angelos
et terram scilicet materiam qua/
tuor elementorum ad huc confu/
sam et informem que a grecis di/
cta est chaos. et hec fuit ante om/
nem diem. Deinde elementa dis/
tinxit deus et spetics proprias at
q; distinctas singulis rebus secun
dum genus suum dedit / que non
simul vt quibusdam sanctorum pa
trum placuit. sed per interualla

temporum ac sex volumina die/
rum vt alijs visum est formauit.

¶ Quod sancti tractatores
uidentur super hoc quasi
aduersa tradidisse alijs di
centibus omnia simul fac/
ta in materia et forma ali
is per interualla tempo/
rum.

Quidam nan

q̃ sanctorum patrum q̃ verba dei
atq̃ archana excellenter scrutati
sunt sup hoc quasi adūsa scripsisse
videntur. Alij quidē tradiderūt
omnia simul in materia et forma
fuisse creata. Quod Augustinus
sensisse videtur Alij vero hoc ma
gis probauerunt ac asseruerunt.
vt prima materia rudis atq̃ in/
formis quatuor elementorum cō/
mixtionem atq̃ confusionem te/
nens creata sit. ¶ Postmodum
vero per interualla sex dierum.
ex illa materia rerum corporali/
um genera sint formata secundū
speties proprias. Quam senten/
tiam Gregorius. Hieronimus. ⁊
Beda. alijq̃ plures commendāt
ac perferunt. Que etiam scriptu/
re geneseos / vnde prima huius
rei ad nos manauit cognitio ma/
gis congruere videtur.

¶ Augustinis.

¶ Gregorius.
¶ Hieronimus
¶ Beda.

Quõ per interualla temporis res corporales condite sunt.

Secundum hanc ita traditionem ordinem atq; modum creationis formationisq; reru; inspiciamus. sicut supra memoratũ est. In p̃ncipio creauit deus celum. i. angelicam naturam. sed adhuc informem vt quibusdam placet. Et terram. i. illam cõfusam materiam quatuor elementoru; quam nomine terre vt augustinus ait ꝯtra manicheos / ideo appallauit moyses. quia terra inter omnia elemẽta minus est speciosa / et illa inanis erat et in composita ꝓpter omniũ elementoꝝ cõmixtionem. Eandem etiam vocat abissum dicens. Et tenebre erant super faciem abissi ꝛc̃. quia confusa erat ꝛ commixta / specie distincta carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua super quam ferebatur spiritus domini sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis. quia subiacebat bone voluntati creatoris. quod formandum perficiendumq; inchoauerat. qui sicut dominus et ꝯditor preerat fluitanti et ꝯfuse macerie vt distingueret ꝑ species varias qñ vellet et sicut vellet. Hec iõ dicta est aqua. quia omnia que in terra nascuntur siue animalia siue arbores vl' herbe et similia ab humore inceperunt formari atq; nutriti. His omnibus vocabulis vocata ẽ illa informis materia vt res ignota ignotis vocabu l' insinuaretur imperitioribus et non vno tantũ Nam si vno tantum significaretur vocabulo hoc esse putaretur quod consueuerant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est maceria illa cõfusa et informis que nulla specie cerni aut tractari poterat. i. nominibus visibilium rerum que inde future erant ꝓpter infirmitatem paruulorum qui minus idonei sunt inuisibilia comprehendere. Et tunc erãt tenebre. i. lucis absentia. Nõ enim tenebre aliquid sunt / sed ipsa lucis absẽtia. sicut silentium non aliqua res est ꝑ vbi sonus non est silentium dicitur. Et nuditas non aliqua res est / sed in corpore vbi tegumentum non est nuditas dicitur. sicut et inanitas nõ est aliquid sed inanis dicitur locus esse vbi non est corpus / et inanitas est absentia corpis

Aug. Quare illa ꝯfusa maceries vocet circa abyssus aqua.

Quo sensu tenebre non dicantur esse aliquid ꝛ quomodo dicantur esse aliquid.

Attẽde quia hic augustinus tenebras dicit non esse aliquid. cu; alibi tenebre inter creaturas ponantur que benedicunt dominum. Unde dicitur benedicite lux er tenebre domino. Ideoq; sciendum est tenebras diuersis modis accipi scz vel pro lucis absentia / qualiter supra accepit augustinus. iuxta quam acceptionem non sunt aliquid. Vel pro aere obscurato. siue aeris obscura qualitate et secundum hoc aliqua res creata sunt. Iõ ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciem abissi. quia nondum erat lux quasi esset et superesset et superfunderetur sed non dum lucis gratia opus suu; deus venustauerat. q̃ postea in primo die formata est.

Duo hic consideranda sunt q̃re illa materia confusa sit dicta informis et vbi ad esse prodijt quantumq; in altitudine ascendit.

De qua priusq̃z tractemus duo nobis discuciẽda occurrunt. primum quare illa materia ꝯfusa informis dicat̃. an quia omni forma caruerit. an ꝓpter aliud. Scdo vbi ad esse ꝓdierit. ꝛ quantum in altum ascẽderit. Ad illud ergo quod p̃mo positum est breuiter respondentes. dicimus illã primam materiam non ideo dictam fore informem. ꝙ nullam omnino formã habuerit quia non aliquid corporeum tale existere potest ꝙ nullam habeat

Ad p̃mu; breuiter rñdit.

formam. ꝑ ideo non ab surde informaz appellari posse dicimus. quia in confusione et permixtione quadam subsistens nondum pulchram apertamq; et distinctam receperat formaz qualem mō cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionis ante formam dispositionis. In forma confusionis prius omnia corporalia materialiter simul et semel sunt creata. Postmoduz in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata Ecce absolutum est quod primo indiscussione propositum fuit scz quare illa materia dicat informis.

Hic ad id quod secūdo querebatur respondet.

Nūc superest qd secundo proponebat explicare/ vbi scz illa materia substiterit et quantum in altitudine porrigebatur. Ad quod nihil temere asserentes dicimus/ q illa prima rerum omniū moles quando creata est ibidem adesse videtur prodijsse vbi nunc formata subsistit. Eratq; terreum hoc elementū in vno loco eodēq; medio subsidens. ceteris in vna confusione permixtis. eisdemq; circunquaq; in modo cuiusdam nebule oppressis ita obuolutum erat vt apparere non possz quod fuit. Illa vero tria in vna permixtione confusa circunquaq; suspensa. eousq; in altum porrigebantur quousq; nunc summitas corporee nature pertingit. Et sicut quibusdam videtur vltra locum firmamenti extendebatur illa moles que in inferiori pte spissior atq; grossior erat. In superiori vero rarior ac leuior atq; subtilior existebat. De q̄ rariori substantia putant quidam fuisse aquas que sup firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in p̄ncipio priusq̄ reciperet formam vel dispositionem.

Ostenso qualis fuit mundi facies in ipso primordio incipit prosequi operum sex dierum distinctionem.

Nūc superest vt dispositionem illā qualiter perfecta sit ordine prosequamur. Sex diebus sic docet scriptura genesis distinxit deus et in formas redegit proprias cunctaq; simul materialiter fecerat. Perfecitq; opus suum die sexto. et sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo. id est cessauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus sex reruz genera distinxit nihilq; postea fecit quod in aliquo illoruz non contineatur. operatus est tamen postea sicut veritas in euangelio ait. Pater meus operatur vsq; nūc et ego operor illud.

De quatuor modis diuine operationis.

Quatuor enim modis vt ait Alcuinus super genesim operatur deus. Primo in verbo omnia disponendo. Secundo in materia informi quatuor elementorum de nihilo eam creando. Unde qui viuit in eternum creauit omnia simul. Omnia scz elementa vel omnia corpora materialit simul creauit. Tercio p opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto ex primordialibus seminibus nō incognite oriuntur nature. sed note sepi⁹ reformantur ne pereant.

Que fuerit prima distinctionis operatio.

Prima autem distinctionis operatio fuit formatio lucis. sicut ostendit scriptura geñ que commemorata rerum in formitate earum dispositionem a luce incho auit subdens. Dixit de⁹ fiat lux ⁊ facta

DI. XIII.

est lux. et diuisit lucez a tenebris. Appellauitq; lucem diem. et tenebras noctem. Et factum est vespere et mane dies vnus. Congrue mundi ornatus aluce cepit. vnde cetera que creanda erāt viderentur.

Qualis fuerit lux illa corporalis. an spiritualis

Si queritur qualis illa lux fuerit corporalis. s. an spiritualis/ id respondemus quod a sanctis legimus traditum. Dicit enim aug̃ quia lux illa corporalis vel spiritualis intelligi potest. Si spūalis accipitur. angelica natura intelligitur. que prius informis fuit. ꝑ postea formata est cum ad creatorem ꝯuersa ei caritate adhesit. Cuius informitatis creatio superi⁹ significata est. vbi dictum est. In principio creauit deus celum et terraz. Hic vero eiusdem formatio ostenditur cum ait. fiat lux/ et facta est lux. Hec ergo āgelica natura. prius tenebre ⁊ postea lux fuit. quia prius habuit informitatē et in perfectionez. deinde formationis perfectionem. et ita diuisit deus lucem a tenebris. Nam vt ait aug̃. super genesim. Huius creature informitas ⁊ in perfectio fuit antequam formaretur in amore ꝯditoris Formata vero est quādo conuersa est ad incōmutabile lumen verbi. Si vero corporalis fuit lux illa quod vtiq; probabile est corpus lucidū fuisse intelligitur/ velut lucida nubes quod non de nichilo sed de preiacenti materia formaliter factuz est vt lux essz ⁊ vim lucendi haberet. Cum qua dies prima exorta est. quia ante lucem nec dies fuit/ nec nox licz tempus fuerit.

Aug̃.

De spirituali luce.

Aug̃.

Hic de corporali luce.

Q̃ lux illa facta est vbi sol apparet que in aq̃s lucere poterat.

Si autem queritur vbi est facta lux illa. cuz abissus omnem terre altitudinem tegeret dici potest in illis partibus facta. quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec miruz lucem in aquis posse lucere cū etiam nautarum operatione sepius illustrentur. Qui in ꝓfundum mersi. misso ex ore oleo aquas sibi illustrant. que multo rariores fuerunt in principio quā modo sunt. quia nondum ꝯgregate fuerat in vno loco. Facta est ergo lux illa. vicez et locuz solis tenebat. que motu sui circumagitata noctem diemq; discernebat Ibi ergo primum lucem apparuisse verisimile ē vbi sol quotidiano cursu circumuectus apparet. vt eodem tramite lux circumcurrens. ac primo ad occasū descendens vesperam faceret. deinde reuocata ad ortum. auroraz. i. mane illustraret. et ita diuisit deus lucem et tenebras. et appellauit lucem diem. et tenebras noctem.

Q̃ dies diuersis modis accipitur.

Hic notandum q̃ dies diuersis modis accipitur in scriptura. Dicitur enim dies lux illa que illo triduo tenebras illuminabat. et dicitur dies illuminatio ipsa aeris. Dicitur etiam dies spacium vigintiquatuor horarum. qualiter accipitur cū dicit̃. Factum est vespere et mane dies vnus Quod ita distinguendum est. factum est vespere prius et postea mane. ⁊ ita fuit dies vnus expletus vigintiquatuor horarum. Dies scilicet naturalis q̃ habuit vesperam ꝑ non mane. Mane em̄ dicitur finis precedentis et initium sequentis diei quod est aurora que nec plenam lucē nec omnino tenebras habz Mane ergo primus dies nō habuit qz nec dies precesserat/ qui sequentis diei initio terminaretur. et eo precipue. qz luce apparente mox super terram plenus atq; preclarus dies extitit. qui nō

Qualit̃ distingui debeat illud Et factuz est vespe ⁊ mane dies vnus

ab aurora / sed a plena luce inchoauit
⁊ mane sequentis diei consummatus ē
Unde beda super genesim Decebat vt
dies a luce inciperet. et in mane sequē
tis diei tēderet. vt opera diei a luce in
choasse. et in lucem completa esse signi
ficaretur. Reliqui autē dies mane ha
buerunt et vesperam. Quorū quisq; a
suo mane incipiens vsq; ad alterius di
ei mane tendebatur.

Beda.

De naturali ordine computa
tionis dierum. ⁊ de illo qui p
misterio introductus est.

Hic est naturalis
ordo distinctionis dierum vt distinguā
tur atq; computentur dies a mane vsq;
ad mane. Postea vero in ministerio fa
ctum est vt dies computentur a vespe
ra in vesperam et adiungatur dies pre
cedenti nocti in cōputatione. cum iux
ta naturalem ordinem precedens dies
sequenti nocti adiūgi debeat. quia ho
mo a luce per peccatum corruit intene
bras ignorantie et peccatorum. Dein
de per xpm a tenebris ad lucē redūt.
Unde apostolus. Eramus aliquando
tenebre. nunc autem lux in domino.
Primus itaq; dies / non ab aurora sz
a plena luce incipiens. ⁊ post vesperaz
paulatim occidente luce excipiens / ma
ne sequētis diei expletus est. Unde be
da occidente luce paulatim et post spa
cium diurne longitudinis inferiores p
tes subeunte factum est vespere. sicut
nunc vsitato cursu solis fieri solet. Fa
ctum est autem mane eadem super ter
ram redeunte / ⁊ alium diem inchoāte
et dies expletus est vnus. xxiiij. hora
rum. Fuitq; nox illo triduo omnino te
nebrosa / que post creata sidera aliqua
luce claruerit.

Cur sol factus est si lux illa suf
ficiebat.

Dolet autē que
ri quare factus est sol si lux illa facien
do diei sufficiebat Id quod dici potest
quoniam lux illa forte superiores par
tes illustrabat. ⁊ ad illuminationez in
feriorum solez fieri oportebat. Vel po
tius ideo quia facto sole diei fulgor au
ctus est. Ampliori eñ multo luce radi
auit dies postea quaz ante. Si autem
queritur quid de luce illa factū sit cū mo
do non appareat Potest dici aut de ea
corpus solis formatum. aut in ea par
te celi esse in qua sol est. non q; ipsa sit
sol / sed sic est ei vnita vt discerni non
valeat

Quomodo accipiendum sit il
lud dixit deus. an sono vocis
deus id dixerit an aliter.

Preterea inue
stigandum est quomodo accipiendum
sit quod ait. dixit deus. Utrum tem
poraliter vel sono vocis illud dixerit.
an alio modo. Augustinus super gene
sim tradit. nec temporaliter. nec sono
vocis deum locutum fuisse. qz si tempo
raliter et mutabiliter ⁊ si corporaliter
dicatur sonuisse vox dei. Nec lingua e
rat qua loqueretur. Nec erat quem o
portet audire et intelligere. Bene er
go vox dei ad naturam verbi per quod
omnia facta sunt refertur. Dixit ergo
deus fiat ⁊c. non temporaliter. non so
no vocis. sed in verbo sibi coeterno. i.
verbum genuit intemporaliter in quo
erat et disposuit ab eterno vt fieret in
tempore et in eo factum est.

Aug.

Qūo accipiendum sit q; dici
tur pater operari in filio vel p
filium. vel in spiritusancto.

Hic queri solet

quomõ accipiendum sit quod dicitur. pater operari in filio. vel per filiũ. vel in spiritusancto. Hoc em̃ scriptura frequenter nobis ꝓponit. vt omnia in sapientia fecisti domine id ē in filio et in principio. i. in filio creauit deus celum et terram. Et illud. per quem fecit ⁊ secula. Super illum quoq; psalmi locum Verbo domini celi firmati sunt ⁊c. Dicit aug. q; pater operatur per verbum suum ⁊ spiritumsanctum. Quomodo ergo hoc accipiendum est. putauerunt q̃dam heretici q; pater velut auctor ⁊ artifex filio et spiritusancto in rerum operatione quasi instrumento vtentur Ex predictis verbis erzandi occasionē sumentes. quod velut blasphemum atq; sane doctrine aduersum abijcit pia fides. Non est itaq; intelligendum ideo scripturam frequenter cõmemorari patrem operari in filio vel per filium tanquam filius non posset facere. si ei non porexisse pater dextrã vel tanquam aliquod instrumentum fuerit patris operantis. ꝗ potius illis verbis patrem intelligi voluit cũ filio ⁊ spiritusancto operari. ⁊ sine eis nichil facere.

Aug.

Hic aperit ex quo sensu dicatur pater operari in filio per filium.

Contra hanc expositionez surgit hereticus.

Sed dicit hereticus

hac ratione posse dixisse filium operari per patrem vel in patre. et spiritumsanctum cũ vtroq; vel per vtrumq; qꝛ filius cum patre ⁊ spiritussanctus cũ vtroq; operatur cui breuiter respondetur. ideo illud dictum esse et non istud. vt in patre monstraret antozitas. Nõ enim pater a filio. sed filius a patre operatur. et spiritussanctus ab vtroq;. Ideoq; etiam filius per spiritumsanctum legitur operari. quia cum spiritusancto operatur. hocipsum a filio habẽti. vt operetur.

Alia predictozum expositio.

Potest et aliter

illud accipi. vt dicatur pater in filio vel per filium operari. quia euz genuit omnium opificem. sicut dicitur pater per eum iudicare. quia genuit iudicem. ita et per spiritumsanctum dicitur operari siue pater siue filius. quia ab vtroq; ꝓcedit spiritussanctus factoz omnium. Unde iohannes crisostomus in expositione epistole ad hebzeos sic ait. Nõ vt hereticus inaniter suspicatur tamq; aliquod instrumentum patris extiterit filius. neq; per euz pater dicitur fecisse. tanq; ipse facere non posset. sed sic dicitur pater iudicare per filium. quia iudicem genuit. Sic etiam dicitur operari per filium. quia cum ꝓstat opificẽ genuisse. Si enim causa eius pater est scõm q; pater est multo amplius eozuz causa est que per filium facta sunt Hec de opere prime diei dicta sunt.

Johan. crisos.

De opere secunde diei qua factum est firmamentum.

OI. XIIII.

Dixit quoq; deus fiat firmamentum

in medio aquarũ et diuidat aquas ab aquis. Diuisitq; aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum. Sciendum est q; illius celi describitur hic creatio. sicut ait Beda super genesim in quo fixa sunt sidera cui supposite sunt aque in aere et in terra. et superposite alie. de quibus dicitur. Qui tegis aq̃s superioza eius. In medio ergo firmamentuz ē id est sidereum celum. quod de aquis factum esse credi potest. Cristallinus em̃ lapis cui magna est firmitas et perspicuitas de aquis factus est. Si quem vero mouet quemodo aque natura fluide et in ímabiles super celum possint consistere. de deo scriptum esse meminerit. qui ligat aquas in nubibus suis. Qui em̃ infra celum ligat aquas ad tempus

Beda q; celũ dz hic creari

De qua materia sit factum illud celum.

Quomõ aque possũt esse super celum et quales sint ille aque.

vaporibus nubium retentas potest etiam super celi speram nõ vaporali tenuitate sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales autem et ad quid condite sint. ipse nouit qui condidit. Ecce ostensum est his verbis q̃ celum factum sit. scz illud in quo sũt fixa sidera. id est q̃ excedit aerem. et de q̃ materia. s. ō aquis. et quales sint aque/que super illud celum sunt scilicz vt glacies solidate.

Alij putant celum illud esse ignee nature quibus cõsentit augustinus.

Quidaz vero celum quod excedit aeris spacia ignee nature dicunt. asserentes super aerem purum ignem esse/qui dicitur esse celũ de qno igne sidera et luminaria facta esse coniectant quibus augũstinus consentire videtur. Utrum vero nomine firmamenti celum quod excedit aerez an ipse aer hic intelligatur. idem aug. querit nec absoluit. magis tamen approbare videt. celũ illō hic accipi qō spacia aeris excedit. Aquas autem q̃ super illud celum sunt dicit vaporaliter trahi et leuissimis suspendi guttis Sicut aer iste nubilosus exalatõe terre aquas vaporaliter trahit et p subtiles minutias suspendit. et post corpulentius cõglobatas pluuialiter refundit. Si ergo potest aqua sicut videm' ad tantas minutias puemre vt feratur vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem. Cur non credamus etiam super illud leuius celum minutioribus guttis z leuioribus immanare vaporibus. sed quoquo modo ibi sint/ ibi esse non dubitamus.

Augustinus

Que sit figura firmamenti.

Queri etiã solet cuius figure sit celum. Sed spiritussanctus q̃uis auctores nostri sciuerint p eos dicere noluit. nisi qō ꝓsit saluti. Queritur etiam si stet an moueatur celum. Si moueat inquiũt quomodo ẽ firmamentum? Si stat quomõ i eo fixa sidera circuiũt sz firmamentũ dici põt non propter stationem/sed propter firmitatem vel terminum aquarum itrãsgressibilem. Si autem stat. nihil impedit moueri et circuire sidera.

Utruz stet an moueat celũ.

Quare dicat firmamentũ.

Quare tacuit scriptura de opere secũde diei quod in alijs dixit.

Post hoc queri solet quare hic non est dictum sicut in aliorum dierum operibus. vidit deus q̃ esset bonum. Sacramẽtum aliquod hic commendatur. Ideo enim fortassis non est hic dictum. quod tamen sicut in alijs factũ ẽ quia binarius ꝑncipiuz alteritatis est et signum diuisionis.

De opere tercie diei quando aque congregate sunt in vnum locum.

Sequitur. Dixit deus. Congregentur aque in locum vnũm et appareat arida. Tercũ diei opus est congregatio aquarum in vnum locum. Congregate sunt enim omnes aque/celo inferiores. in vnam matricẽ vt lux que preterito biduo aquas clara luce lustrauerat in puro aere clari/or fulgeat. et appareat terra que cooperta latebat. et que aquis limosa erat fieret arida et germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam virentẽ lignũq̃ faciẽs fructũ. Si aũt q̃ rat vbi ꝓgregate sint aque q̃ totũ terrãt spaciũ vsq̃ ad celũ potuit fieri vt

terra subsidens concauas partes pbe
ret vbi fluctuãtes aquas reciperet. Po
test etiam credi pmarias aquas razio/
res fuisse que sicut nebula tegerent ter
ras. sed congregatione esse spissatas.
et ideo facile in vnum posse redigi lo/
cum. Cumqz multa constet esse maria
et flumina in vnum tamen locum dicit
aquas cõgregatas ppter cõtinuatiõez
omnium aquarum que in terris sunt.
quia cuncta flumina et maria magno
mari iungũtur. Ideoqz cũ dixerit aqs
cõgregatas in vnum locum. Deinde di
cit pluraliter. cõgregationesqz aqruz
ppter multifidos sinus earum/quibus
omnibus ex magno mari principium
est.

Quam oẽs aq̃ sunt in vnuz locũ cõgregate cuz multa sint maria et flumina.

De opere quarte diei quando facta sunt luminaria.

Quõ triduo pcedenti facta est dispositio et distinctio quatuor ele/mentorum et triduo sequẽti ornatus est mundus.

Dequitur. dixit

deus: Fiant luminaria in firmamento
celi z diuidant diem ac noctem. In pce
denti triduo disposita est vniuersitas
huius mundi machina et partibus suis
distributa. Formata enim luce prima
die que vniuersa illustraret. duo sequẽ
tes dies attributi sunt supme z infime
parti mundi firmamento. s. aeri terre
et aque. Nam secũda die firmamentũ
desuper expansum est. Tercia vero a
quarum mobilibus intra receptacula
sua collectis. terra est reuelata atqz aer
serẽatus. Quatuor ergo mundi elemẽ
ta illis diebus suis locis distincta sunt
et ordinata. Tribus autem sequentib'
diebus ornata sunt illa quatuor elemẽ
ta. Quarta enim die ornatũ est firma/
mentum sole. et luna et stellis. Quinta
aer in volatilibus et aque in piscibus
ornamenta acceperunt. Sexta accepit
terra iumẽta. et reptilia z bestias post
que omnia factus est homo. de terra et
in terra. non tamen ad terram. nec pp
ter terram. sed ad celum et propter
celum.

Ante alia de ornatu celi agitur sicut prius factum est.

Qua vtilitate facti sunt ei luminaria.

Quia ergo celuz

ceteris elementis speciem prestat/pus
qz alijs factum est. ideo ante alia orna
tur in quarto die quo fiunt sidera. Que
ideo facta sunt vt per ea illustretur in
ferior pars. ne esset habitantibus tene
brosa. In firmitatiqz hominum puisũ
est. vt circueunte sole potirentur homi
nes diei noctisqz vicissitudine propter
dormiendi vigilandiqz necessitatem et
ideo ne nox indecora remaneret. Sed
luna ac sideribus consolarentur homi/
nes quibus in nocte operandi necessi/
tas incumberet. Et quia quedam ani/
malia sunt que lucem terre non possũt
Q: autem subditur. et sint in signa et
tempora et dies et annos/ quomodo
accipiendum sit queri solet. Ita enim
dictum videtur quasi quarto die cepis
sent tempora. cum pus triduum sine tẽ
pore non fuerit. Ideoqz tempora que
fiunt per sidera non spacia morarum
sed vicissitudinem aeree qualitatis de
bem' accipere quia talia motibus side
rum fiunt. sicut dies et anni quos vsita
te nouimus. Sunt enim in signa sere/
nitatis et tempestatis. et in tempora.
quia per ea distinguimus quatuor tem
pora anni scilicet ver. estatem. autum
num. hiemen. vel sunt in signa et in tẽ
pora id est in distinctione horarum tẽ/
porum. quia priusquam fierent ordo
temporum nullis notabatur indicijs.
vel meridiana hora/vel qualibet hora
hec quarta die facta sunt.

Quõmõ accipiendũ sit q̃ ait vt sint in signa et tpa.

De opere quinti diei quando creauit deus ex aquis uolatilia et natatilia.

D. XV

Dixit etiã deus. Producãt aque reptile anime viuẽtis ⁊ volatile sup terraz ⁊c̃. Opus quinte diei est formatio piscium et auiũ quib' duo elemẽta ornant d̃ ea dẽ materia. i. de aquis pisces et aues creauit. volatilia leuans in aer a. ⁊ natatilia remittens gurgiti.

Be opere sexti diei quando creata sũt animalia ⁊ reptilia terre

Sequitur dixit deus. Producat terra animam viuentem. iumenta. et reptilia ⁊ bestias terre secũduz species suas ⁊c̃. Sexte diei opus describit cum terra suis animalibus ornari dicit.

Utrũ post peccatuz venenosa animalia noxia facta fuerint an ꝓpter peccatum nocere cepint prius facta in noxia.

Queri solet de venenosis et ꝑniciosis animantib' vtrũ post peccatuz hominis ad vindictã creata sint. an potius creata in noxia peccatoribus nocere cepint. Sane dici potest. ꝙ creata nihli homini nocuissent si non peccasset. Puniendoꝝ nanqꝫ viciorum et terendorum. vel ꝓbande ⁊ ꝑficiende et ꝑfruende virtutis causa nocere ceperunt. Fuerunt ergo creata in noxia. sed ꝓpter peccatum facta sunt noxia.

Utrum minuta animalia tũc creata fuerint.

De quibusdam etiaz minutis animantibus questio est Utrum in p̃mis conditionibus creata sint an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleraqꝫ enim de humidoꝝ corporum vicijs vel exalatiõibus terre siue de cadaueribus gignuntur. Quedã etiam de corruptione lignoꝝ et herbaruz et fructuũ et deus auctor omnium est. Potest autem dici ꝙ ea que de corporibus animalium. maxime mortuoruz nascũtur cum animalibus creata non fuerint. nisi potẽtialiter et materialiter. Ea vero que ex terra vel ex aquis nascũtur. vel ex eis que terra germinãte orta sunt. tunc creata fuisse non in cõgrue dici potest.

Quare post omnia factus ẽ hõ

Omnibus autẽ creatis atqꝫ dispositis nouissime fact' est homo tanq̃ dominus et possessor q̃ et omnibus p̃ferendus erat. vnde seq̃t Vidit deus ꝙ esset bonum. et ait. Faciamus hominem ⁊c̃. Sed antequam de hominis creatione tractemus / qd̃ supra breuiter tetigimus plenius versantes clarius faciamus. In hac enim rerum distinctõe catholici tractatores dissentire vbi supra diximus inueniũtur. Alijs dicentibus res creatas atqꝫ distinctas secũdum species suas ꝑ iterualla sex dierum. Quorum sentẽtie qꝛ litera genesis magis in seruire videtur atqꝫ catholica ecclesia magis approbat ideo hactenus studiose docuimus. quomodo ex illa cõmuni materia prius informiter facta. postea rerũ corpalium genera ꝑ sex dieruz volumina distincti sint formata. Alijs autem videt / ꝙ nõ ꝑ interualla temporũ facta sint. sed simul ita formata ad esse ꝓdierunt. qd̃ augustinus super genesim pluribus modis nititur ostendere. dicens elementa quatuor ita formata sicut modo apparent abinitio extitisse. ⁊ celum siderib' ornatum fuisse. Quedam vero non formaliter sed materialiter tunc facta fuisse Que post ꝑ tempis accessum formaliter distincta sunt. vt herbe arbores et forte animalia Omnia ergo in ipo tpis

Antequã de factura hominis agat de mõ p̃me conditionis rerũ vñ supra breuiter tetigit plenius agat vbi viri catholici dissentire videt

Alijs dicentibus munduz in materia ⁊ forma ita fuisse simul alijs vero ꝑ interualla temporũ et dierum scd̃m que ex ipo premissa hucusqꝫ d̃ducta est.

initio facta esse dicũt. sz q̃dã formaliter et scõm species q̃s habere cernim' vt maiores mundi ptes. quedam vero materaliter tantũ Sed vt dicunt moyses loquẽs rudi et carnali populo locucionis modum temperauit de deo loquens. a simili hominis qui per moras temporum opera sua pficit cũ ipse simul sua opera fecerit. Unde augustin' Ideo inquit moyses diuisim refert deum illa opera fecisse. quia nõ potuit simul ab homiue dici/quod a deo simul potuit fieri. Itẽ potuit diuidere scriptura loquendi temporibus q̃ deus operandi temporibus non diuisit. Illi qui his autoritatibus et alijs huiusmõi inherentes dicunt quatuor elamẽta atq̃ celi luminaria ita formata simul esse et habuisse illos sex dies quos scriptura commemorat sex rerũ genera. id est distinctiones appellant que simul facte sunt partim formaliter partim causaliter

¶Quomodo intelligendum sit deum requieuisse ab omni ope suo.

Iam de septime

diei requie aliquid nos eloqui oportet scriptũ est. quia cõpleuit deus die septimo opus suũ z requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Requieuisse dicitur deus die septimo/ nõ quasi operando lassus. sed ab vniuerso opere requieuit. quia nouam creaturã facere cessauit. Req̃escere eñ cessare dicitur. Unde in apocalipsi dicit. Nõ habeant requiem dicentia. Sanctus. Sanctus. Sanctus. i. dicere non cessabant. Requieuisse ergo deus dicitur. quia cessauit a faciendis generis creature. quia vltra noua non condidit. vsq̃ nunc tamen vt veritas in euangelio ait. operatur pater. Pater cum filio scz aministrationem eorũdem generũ que tunc institũta sũt. creatoris enim virtus/ causa subsistẽdi ẽ omni creature. Q̃ ergo dicitur. Pater meus vsq̃ modo operatur/ z ego operor illud vniuerse creature cõtinuam aministrationem ostendit. Die ergo septimo req̃euit vt nouam creaturam vlterius non faceret cui' materia vel similitudo nõ pcesserit. sed vsq̃ nunc operatur. vt q̃ condidit continere et gubernare non cesset.

¶Qualiter accipiendum sit q̃ dicitur deus cõplesse opus suum septimo die cum tũc requieuit ab omni ope suo.

Sed q̃ritur quo

modo septimo die dicatur deus cõpleuisse opus suũ. cum ab omni opere illo die requieuerit. nec aliquod genus nouum rerum fecerit. Alia translatio hz Consumauit deus die sexto opera sua que nihil questiõis affert. quia manifesta sunt que in eo facta sunt. et omniuz cõsumatio. eo die pfecta est sicut scriptura ostendit cum ait. Vidit deus cũcta que fecerat/ et erant valde bona. Omnia quidem naturaliter bona erãt nihilq̃ in sui natura vicij habentia et sunt bona que condidit deus etiã singula. Simul vero vniuersa valde bona quia ex omnibus cõsistit vniuersitatis ammirabilis pulcritudo. in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum et loco suo positum eminenti' cõmendat bona. vt magis placeant et laudabilioza sint dum cõparantur malis. Sexto ergo die facta est operum cõsumatio Ideo p̃missa oritur questio quomodo dicatur deus die septimo opus suum cõplesse quod hebraica veritas habet. in quo tamen nihil nouuz creasse dicitur. nisi forte dicat die septimo cõpleuisse opus suum. quia ipsuz benedixit et sanctificauit. sicut subicit scriptura. benedixit diei septimo/ et sanctificauit illum. Opus enim est bñdictio et sanctificatio. sicut salamon aliquid opis fecit cũ tẽplũ dedificauit

¶Scõm aliam lr̃am nihil ibi est questionis quam sequit' agustinus

¶Hic reddit ad questiõez positã scilcet quõ veruz sit deũ septimo die conplesse opus suum.

Que sit sanctificatio et benedictio septimi diei.

Illum autem diem sanctificasse et benedixisse dicitur. quia mistica p̄ceteris benedictione sanctificatione eum donauit. Unde in lege dicit Mementote sanctificare diem sancti sabati. Et inde est / q̄ numerādo dies vsq̄ ad septimum ꝓcedimus et dicim⁹ septem esse dies quoruz repeticiōe omne temp⁹ agitur ñ. quin alius sit ab illis dies octauus et nonus. et sic de ceteris. Sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt. et in septimo licet non fuerit nouum genus rerum institutum. fuit tamen in eo quasi quidam nouus status sanctificationis operum et requietōnis opificis. Potest etiam sic exponi illud. Compleuit deus die septimo opus suum. id est cōpletum et cōsumatum vidit.

De hominis creatione vbi considerandum est quare creatus sit homo et qualiter sit institutus que duo supra tractata sūt ⁊ qualiter factus ⁊ qualiter lapsus postremo quomodo sit reparatus. que discucienda sunt

DI XVI

His excursis que supra de hominis creatione p̄misimus effectui mancipare atq̄ ordine explanare nūc suscipimus. vbi hec cōsideranda videntur. s. quare creatus sit homo et qualiter institutus. et qualis quomodo factus. Deinde qualiter sit laps⁹ postremo qualiter et per que sit reparatus. Horum autem p̄mo et secundo posita. i. causam creationis humane et modūm institutionis superius ꝓ modulo nostre facultatis tractauimus. Ideoq̄ superest vt qualis vel quomodo factus sit discuciam⁹. In genesi legitur Faciam⁹ hominem ad imaginem et similitudinē nostram ⁊c̄. In eo q̄ dicit faciamus / vna opatio triuz personarum ostendit. In hoc vero q̄ dicit ad imaginem et similitudinem nostram. vna ⁊ equalis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hic dicitur ad filium ⁊ spiritum sanctum. Non vt quidem putāt angelis. quia dei et angeloruz non est vna et eadem imago vel similitudo.

Beda q̄mō intelligendū sit

faciamus hominē ad imaginem ⁊ similitudinē nr̄az

Q̄ imago et similitudo hic a diuersis accipitur varie a quibusdam increata. ab alijs creata ⁊ increata. vel essentia trinitatis vel filius et spiritus sanctus.

Imago autez et similitudo in hoc loco vl' increata intelligeretur. i. trinitatis essentia ad quā factus est homo / vel creata in qua fact⁹ est homo. et ipsa homini concreata. Increatam enim imaginem que deus ē intellexisse videtur beda cum dicit. nō esse vnam imaginem dei et angeloruz sed trium personarum. et ideo ꝑsonis non angelis fit ibi sermo. In ꝓp̄e tamen imago dicitur. quia imago relatiue ad aliud dicitur / cuius similitudinē gerit et ad quod rep̄sentandum facta ē sicut vna imago cessaris que ipsius similitudinem p̄ferebat ipsum quodammodo rep̄sentabat. In ꝓp̄e autez imago dicitur id ad quod aliud fit. Sicut exemplū dicit quod sumit ꝓp̄e ex aliquo. et exemplar ex quo sumitur aliq̄d Ponitur tamen et aliquando abusiue alterum ꝓ altero. Ita et minus ꝓprie accipitur imago. essentia trinitatis. si tamen ea nomine imaginis hoc loco ī telligitur.

Opinio eorum qui putauerūt filiuz ꝑ imaginem et similitudinem hic accipi.

Flius vero ꝓp̄e

imago patris dicit sic supra itractatu de trinitate diximus. Unde fuerunt nonnulli qui ita distinxerunt. vt imaginem in hoc loco / intelligerent filium. hominem vero non imaginem / sed ad imaginem factum dicerent. quos refellit apostol⁹ dicēs. Vir q̄dē est imago et gloria dei. Hec namq; imago. i. homo cum dicitur fieri ad imaginem nō quasi ad filium dicitur fieri. Alioquin non diceret ad imaginem nostrā. Quomodo enim nostram. diceret cum filius solius patris imago sit. Fuerunt autē et alij perspicatius hoc tractantes qui per imaginem filium et per similitudinem spiritum sanctum intelligerēt qui similitudo ē patris et filij Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram. id referentes ad similitudinem tantum. ad imaginem vero sub intelligendum esse meam. Hominem vero et imaginem esse et ad imaginem et similitudinem factum esse tradiderunt. et imaginē imaginis esse et similitudinis.

Aug. i libro vij. de trinitate.

Nec horum sententiam approbat sed imaginem et similitudinem dei in homine querendam ⁊ considerandam docet vt imago et similitudo creata intelligatur.

Verūtamē hec distinctio licet reporbabilis penitus nō videatur. quia de medio montium. id est autoritatibus sanctorum nō manat congruentius in ipso homine imago ⁊ similitudo querenda est et considerānda. Factus est ergo homo ad imaginē dei et similitudinem secūdum mentem qua irratiōabilib⁹ antecellit. s. ad imaginem secundum memoriam et intelligentiam et dilectionem. Ad similitudinem secundum inocentiam et iusticiaz que in mente rationali naturaliter sūt vel imago consideratur in cognitione veritatis. similitudo in amore virtutis. vel imago in alijs omnibus. similitudo in essentia / qr ⁊ immortalis ⁊ indiuisibilis est. Unde augustinus in libro de quantitate anime Anima facta similis deo. quia immortalem et indissolubilem fecit eam deus. Imago ergo ꝑtinet ad formam similitudo ad naturam. Factus est ergo homo scd̄m animam ad imaginem et similitudinez nō patris vl filij vel spiritussancti / sed totius trinitatis ita et secundum animaz dicit homo esse imago dei. quia imago dei in eo est. Sicut imago dicitur et tabula / et pictura que in ea est. sed propter picturam que in ea est simul ⁊ tabula imago appellatur Ita propter imaginem trinitatis etiaz illud in quo est hec imago nomine imaginis vocat

Qr homo dicitur imago et ad imaginez filius vero ⁊ imago non ad imaginem.

Quocirca homo et imago dicit ⁊ ad imaginem. filius autem imago / non ad imaginem. qr natus / non creatus. equalis et in nullo dissimilis homo creat⁹ est a deo non genitus non parilitate equalis / sed q̄dam similitudine accedens ei. Unde augustin⁹ in libro vij. de trinitate. In genesi legitur. Faciamus hominez ad imaginem et similitudinem nostrā Faciamus ⁊ nostrā pluraliter dixit et nisi ex relatuis accipi non oportet. vt facere intellegantur pater et filius et spiritussanctus ad imaginem patris ⁊ filij et spiritussancti. vt subsisteret hō imago dei Sed quia non ōnino equalis fiebat illa imago tanquam imago non ab illo nata sed ab eo creata. Ideo ita imago dicit ꝙ et ad imaginē qr non equatur parilitate sed accedit quadam similitudine Filius autez est imago sed non ad imaginem quia equalis patri. Dictus est ergo homo ad imaginem propter imparem similitudinem Et ideo nostram. vt imago trinitatis esse homo intelligatur. non

Aug. i libro vij. de trini.

trinitati equalis/sicut filius patri. Ec ce ostensum est secundum quid homo sit similis deo .s. secundum animam. Sed et in corpore quandam ꝓprietatē habet. quod hic indicat. quia est erecta statura. scōm quam corpus anime ratōnali congruit. quia in celū erectum est.

¶De creatione anime vtrum de aliquo facta sit vel non. et quādo facta. ⁊ quam gratiam habuerit in creatione.

¶Oi. XVII.

Hic de origine anime plura queri solent. scz vnde creata fuerit. et qn̄. ⁊ quā gratiā habuerit in creatōe. Sicut hominis formatio secundum corpus describitur cū subditur. et inspirauit in faciē eius spiraculum vite. Corpus em̄ de limo terre formauit deus/cui animam inspirauit. Vel secundū aliam literam flauit vel sufflauit. non q̄ faucibus sufflauerit. vel manibus corporeis corpus formauerit. Spiritus em̄ deus est. nec liniamentis membrorꝫ compositus. Nō ergo carnaliter putemus deum corporeis manibus formasse corpus vel faucibus inspirasse animam. ꝗ potius hominem de limo terre. sed corpus formauit iubendo volendo .i. voluit et v̄bo suo iussit/vt ita fieret. ⁊ inspirauit in faciē eius spiraculum vite. i. substātiam anime/in qua viueret/creauit nō de materia aliqua corporali vel spirituali. sed de nichilo.

¶Beda q̄ non corpeis instrumētis formasse vl' sufflasse

¶Opinio quorundam hereticorum qui putauerunt animam esse de substantia dei.

Putauerūt enī quidam heretici deum de sua substātia animam creasse verbis scripture puteociter inherentes q̄bus dicitur inspirauit vel insufflauit ⁊c. cuꝫ flat inquiunt vel spirat hō de se flatum emittit. Sic ergo cuꝫ dicitur deus flasse. vel spirasse spiraculum in faciem hominis. ex se spiritū hominis emisisse intelligitur. i. de sua substantia. Qui hoc dicunt non capiunt tropica locutione dictū esse sufflauit vel flauit. i. flatum hominis scz animam fecit. Flare em̄ est flatum facere. flatum facere est animam facere. Vnde dominus per ysaiam. Omnē flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui putant animam esse partem dei Si enim hoc esset/nec a se nec ab alio decipi posset. Nec ad malum faciendū vel paciendum cōpelli. nec in melius vl' deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animauit factus est a deo/nō de deo nec de aliq̄ materia/sed de nihilo

¶Hic quādo facta sit anima an ante corpus an in corpore.

Sed vtrū in corpore vel extra corpus etiam inter doctos scrupulosa questio est. Augustin' enim super genesim tradit animam cū angelis sine corpore fuisse creatam. postea vero ad corpus accessisse. neq̄ cōpulsa est incorporari. sed naturaliter illud voluit .i. sic creata fuit/vt vellet. sicut naturale nobis est velle viuere. Vbale autem velle viuere/non nature ꝗ voluntatis est peruerse. Alij vero dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam/ita exponētes verba illa. Inspirauit in faciem eius spiraculum vite. i. animam in corpore creauit que totum corpus animaret. faciem tamen specialiter expressit. qz hec pars sensibus ornata est ad intuenda superiora. Sed quidq̄d de anima primi hominis estimetur de alijs certissime sentiendum est q̄ in corpore creentur Creando enim infundit eas deus/et infundendo creat. Dicendum est etiaꝫ aiam

¶Opinio aug.

illam / non sic esse creatam. vt prescia essz operis futuri iusti vel iniusti.

In qua etate deus hominem fecerit.

Solet etiaz queri / vtrum deus hominem repente in virili etate fecerit. an perficiendo ⁊ etates augendo / sicut nunc format in matris vtero. Aug. super genesim dicit. Q adam in virili etate ꝯtinuo factus ē et hoc secundum superiores nō inferiores causas. i. secundum voluntatem et potentiam dei. quam nature generib⁹ nō alligauit q̄lit̄ et v̄ga moysi ꝯuersa ē in draconem. Nec talia ꝯtra naturam fiunt. nisi nobis quib⁹ aliter nature cursus innouit. deo autem natura est qd̄ facit. non ergo contra dispositionez suam illud fecit deus. Erat em̄ in prima creaturarum ꝯditione sic hominez posse fieri sz nō sibi erat necesse vt sic fieret hoc em̄ non erat in conditione creature / sed in beneplacito creatoris cuius voluntas necessitas est. hoc enim necessario futurum est quod vult et prescit. Multa vero secundum inferiores causas futura sunt. ꝑ in presentia dei futura non sunt. Si autem ibi aliter futura sunt. potius futura sunt sicut ibi sūt vbi prescit ille qui non potest falli. Sic ergo factus est adam. non secundum inferiores causas. q̄a non erat in rerum causis seminalibus vt ita fieret. sed secundum superiores non contra naturā operantes. qz in rerum causis naturalibus erat. vt ita posset fieri.

In etate virili factus ē homo et hoc ꝑm supiores non īferiores cās

Q homo extrā paradisum creatus in paradiso sit positus ⁊ quare ita factum sit.

Hominem autē ita formatum tulit deus. vt scriptura docet et posuit in paradiso voluptatis quaz plantauerat a principio. His verbis aperte moyses insinuat / q̄ homo extra paradisum creatus. postmodum in paradiso sit positus. Quod ideo factuz dicitur / quia non erat in eo permansurus / vel vt non nature sed gratie hoc assignaretur. Intelligitur aūt paradisus localis et corporalis in quo homo locatus est. Tres em̄ generales de paradiso sententie sunt. Una eoꝝ qui corporaliter intelligi volunt tantuz. Alia eorum qui spiritualirer tantum. Tercia eorum qui vtroqz modo paradisum accipiunt. Terciam michi placere fateor. vt homo ī corporali paradiso sit posit⁹ qui ab illo principio plantatus accipi potest / quo terram omnem remotis aquis. herbas ⁊ ligna ꝓducere iussit. qz et si presentis ecclesie vel future typum tenet ad literam tamen intelligendum est esse locum amenissimū fructuosis arboribus magnum / ⁊ magno fonte secundum quod dicimus a principio / antiqua translatio dicit ad orientem. Unde volūt in orientale parte esse paradisum longe interiacente spacio vel maris vel terre / a regionibus quas incolunt homines secretum et in alto situ vsqz ad lunarem circulum ꝑtingentem vnde nec aque diluuij illuc peruenerīt.

Qualis sit locus paradisi et vbi.

De lignis paradisi inter que erat lignum vite ⁊ lignuz sciētie boni et mali.

In hoc autez paradiso erant ligna diuersi generis inter que vnum erat quod vocatum est lignum vite. alterum vero liguum scientie boni et mali. Lignum autez vite dictum est sicut docet beda et strabus. q̄a diuinitus accepit hanc vim. vt qui ex eius fructu cōmederet / corpus eius stabili sanitate et perpetua soliditate firmaretur. nec vlla infirmitate vl' etatis imbecillitate in deterius vel in occasuz labaretur.

Quare dictuz sit lignū vite.

Quare vocatum sit lignum

scientie boni ⁊ mali.

Lignum autem scientie boni et mali / nõ natura hoc nomẽ accepit sed ab occasione rei postea secute. Arbor eñ illa non erat mala. sed scientie boni et mali ideo dicta est. quia post ꝓhibitionem erat in illa trãsgressio futura qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientie bonum / et inobedientie malum. Non ergo de fructu qui nasceretur inde positum est illud nomen. ꝗ de re transgressionem secuta. Cognouit eñ homo prius q̃ tangeret hoc lignum bonum ⁊ malum. sed bonum per prudentiam et experientiam. et malum per prudentiam tantum. Quod etiam per experientiaꝫ nouit / vsurpato ligno vetito. q̃ per experientiã mali didicit. q̃d sit int̃ bonuꝫ obedientie / et malum in obedẽtie. Si vero primi parentes obedientes essẽt. nec ꝓtra preceptum peccassent / nõ ido tamen minus diceretur lignuꝫ scientie boni et mali. q̃ hoc ex eius tactu accideret si vsurparetur. A ligno ergo homo ꝓhibitus est quod malum non erat vbi ipsa precepti ꝓseruatio bonum illi esset. transgressio malum. Nec melius ꝓsideratur quantum malum sit inobedientia quam hoc modo cum scꝫ ideo reus factus esse hoc intelligitur. q̃a ꝓhibitus rem tetigit / quam si non prohibitus tetigisset. nec peccasset / nec penam sensisset. Si eñ venenosam herbam ꝓhibit⁹ tetigeris / pena sequitur ⁊ si nemo ꝓhibuisset similiter prosequeretur. Si etiam ꝓhibetur res tangi q̃ non tangenti tantum / sed ꝓhibenti obest. sicut aliena pecunia. ideo ꝓhibituꝫ est peccatum. quia ꝓhibenti est damnosum. Cum vero tangitur quod nec tangenti obest / si non ꝓhibetur. nec cuilibet si tangatur. Ideo ꝓhibetur vt ꝑ se bonum obedientie / et malum inobedientie monstretur. Sicut primus homo a re bona prohibitus penam incurrit. vt non ex re mala / sed ex inobediẽtia pena esse monstretur. sicut ex obedientia palma.

Si primi parentes nõ peccassent nõ idõ minus scie boni et mali.

De formatione mulieris.

In eodem quoq̃ paradiso mulierem formauit de⁹ de substantia viri / sic̃ post plãtatuꝫ paradisum hominemq̃ in eo positum / et post vniuersa animalia ad euꝫ ducta / suisq̃ nominibus designata subnectit scriptura. immisit deus sopoꝛem in adam. cunq̃ obdoꝛmisset / tulit vnaꝫ de costis eius et formauit eam in mulierem. OI. XVIII.

Quare virum prius. ⁊ posteq̃ de viro mulierem creauit. nõ simul vtrumqꝫ.

Hic attẽdenduꝫ est quare nõ creauit simul virum ⁊ mulierem sicut angelos. sed prius virum. deinde mulierem de viro. Ideo scilicet vt vnum esset generis humani principium. quatinus in hoc et supbia diaboli ꝓfunderetur. ⁊ hominis humilitas dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud a deo principium esse ꝓcupierat. Ideoq̃ vt eius superbia retũderetur. hoc homo in munere accepit quod diabolus peruerse rapere voluit sed obtinere non potuit. Et ꝑ hoc imago dei in homine apparuit. Quia sicut deus omnibus rebus existit principium. creationis. ita homo omnib⁹ hominibus principiũ generationis. Ido etiam ex vno homine omnes esse voluit deus vt dum cognoscerent se ab vno esse omnes se quasi vnum amarent.

Alia rõ quare ex vno homine oẽs homines.

Quare de latere viri non de alia corporis parte formata sit

Cum autem his

de causis facta sit mulier de viro / nõ de qualibet parte corporis viri / sed de latere eius formata est / vt ostenderet qꝛ in consortiũ creabat dilectionis ne forte si fuisset de capite facta. viro ad dominationẽ videret preferenda. aut si ꝺ pedibus ad seruitutem subiicienda. Quia igit viro nec domina nec ancilla parabatur sed socia. Nec de capite nec de pedibus / sed de latere fuerat producenda vt iuxta se ponendam cognosceret. quam de suo latere sumptam didicisset.

Quare dormienti et non vigilanti costa subtracta est.

Non sine causa dormienti quoqꝫ viro / potius q̃ꝫ vigilãti detracta est costa de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata sed vt nullam in eo sensisse penã monstraretur et diuine simul potentie opus mirabile ostẽderetur que hominis dormientis latus aperuit. nec eum tamen a quiete soporis excitauit. In quo etiam opere sacrmentum christi ⁊ ecclesie figuratum est. Quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est. ita ecclesia ex sacramentis que de latere christi in cruce dormientis ꝓfluxerunt. scꝫ sanguine et aqua quibus redimimur a penis atqꝫ abluimur a culpis.

De sacramento huius opis

Qꝛ de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit per dei potentiaꝫ sicut quinqꝫ panes in se multiplicati sunt.

Solet etiaꝫ queri vtrum ꝺ illa costa sine adiectione rei extrinsece facta sit mulier / quod quibusdam non placuit. Ceterum si ad ꝑficiendum corpus mulieris deus extrinsecum augmentum addidisset / maius illud esset q̃ꝫ ipsa costa. Ideoqꝫ potius de illo q̃ꝫ de costa mulier facta deberet dici. ꝺ quo plures accepisset substantie ꝑtes. Restat ergo vt de sola ipsius coste substantia sine omni extrinseco additamento per diuinaꝫ potentiam in semetipso multiplicata mulieris corpus factũ dicat eo sane miraculo quo post ea de quinqꝫ panibus ihesu celesti benedictione multiplicatis quinqꝫ milia hominum saciata sunt. Illud etiam sciri oportet ꝙ cum angeloꝝ ministerio facta sit mulieris formatio. non est eis tamen tribuẽda creationis potentia. Angeli em̃ nullam possunt creare naturaꝫ ergo non formare costam in mulierem. nec carnis supplementum in locum coste. non ꝙ nihil agant vt aliquid creet sed non ideo creatores sunt. Sicut nec agricole segetum vel arboꝝ. Solus deus id est trinitas est creator. Facta est ergo femina a deo / etiam si costa ministrata sit ꝑ angelos.

Qꝛ licet angelica ministratione sit illud opus expletũ non tñ creatores fuerũt angeli.

Vtrum ꝑm superiores an inferiores causas ita facta sit mulier id ẽ an ratio seminalis id haberet vt ita fieret an tantuꝫ vt ita fieri posset. sed vt fieret in deo tantũ esset causa.

Sꝫ queritur an ratio quam deus primis operibus concreauit id haberet vt ꝑm ipsam ex viri latere feminam fieri necesse foret. An hoc tm̃ vt fieri posset. Ad quod sciendum est omnium rerum causas in deo ab eterno esse. Ut em̃ homo sic fieret / vel equus ⁊ huiusmodi in dei potentia et dispositione ab eterno fuit. Et hec dicuntur primordiales cause. qꝛ istas alie non precedunt. Sed iste alias que sunt cause causarum. Cunqꝫ vnum sit diuina potentia dispositio siue volũtas et ideo vna omnium principalis causa tamen propter effectus diuersos pluraliter dicit Augustinus causas primordiales omnium rerum in deo esse. inducens similitudinem artificis in cuius dispositione est / qualis futura sit archa.

Aug. sup genes de causis rerꝝ lacius disputat ꝙ cause que in deo sunt ꝓprie dicunt primordiales ⁊ quare pluraliter dixit.

Q nominuz q̄ fiunt cāe sunt in creaturis.

Q cause etiaz que sūt in creaturis licet in ꝓprie tñ dicūtur p̄mordiales.

Alia rō quare dicunt̄ primordiales

Ita et in deo vniuscuiusq̄ rei future causa precessit In creaturis vero quarundam rerum / sed non omnium cause sunt. vt ait augustinus. Quia inseruit deus seminales rationes rebus secundum quas alia ex alijs ꝓueniunt. vt de hoc semine tale granum de hac arbore talis fructus et huiusmodi. Et hee quoq̄ dicuntur primordiales cause / et si ñ adeo ꝓprie. quia habent ante se causā eternam / que ꝓprie et vniuersaliter p̄ma est. Illa vero ad res aliquas dicuntur prime. que scz ex eis proueniunt. Ideo etiam primordiales dicuntur. qr in prima rerum ꝯditione rebus a deo ī site sunt. ⁊ sicut creature mutabiles sūt ita et hee cause mutari possunt Que autem in immutabili deo causa est / mutari non potest.

Distinctio causarum rerum ꝑutilis. scz ꝙ quedam in deo ⁊ in creaturis. quedam in deo tantum.

Omniuz ergo rerum cause in deo sunt. sed quarundam cause et in deo sunt et in creaturis. Quarundam cause in deo sunt. et illarum rerum cause dicuntur abscondite ī deo. quia ita est in diuina dispositione hoc vel illud fiat quod non est in seminali creature ratione. Et illa quidem que secundum causam seminalem fiūt / dicuntur naturaliter fieri. quia ita cursus nature hominibus innotuit. Alia vero preter naturam quorum cause tātum sunt in deo. Hic autez dicit agustinus esse illa que per gratiam fiunt. vel ad ea significanda non naturaliter sed mirabiliter fiunt. Inter que mulieris facturam de costa viri ponit. ita dicens / vt mulierez ita fieri necesse foret non in rebus ꝯditum sed in deo absconditum erat Omnis creature cursus habet naturales leges. super hunc naturalem cursum creator habet apd̄ se posse de omnibus facere aliud / quā eorum naturalis ratio habet. vt scilicet virga arida repente floreat / fructum gignat. et in iuuentute sterilis / in senectute pariat. vt asina loquatur et huiusmodi.

De gemino opere ꝓuidentie.

Dedit autem naturis vt ex his etiam hec fieri possent. non vt in naturali motu haberent. Habet ergo deus in se absconditas quorūdam futurorum causas quas rebus cōditis non inseruit easq̄ implet. nō opere prouidentie quo nature subsistunt vt sint / sed quo illas āministrat vt voluerit / quas vt voluit cōdidit. Omnium ergo que ad gratiam significandam nō naturali motu rerum / sed mirabiliter facta sunt abscondite cause in deo fuerunt. quorum vnum erat ꝙ mulier facta est de latere viri dormiētis. Non habuit prima rerum ꝯditio vt femina sic fieret / sed vt fieri posset. ne contra causas quas deus voluntarie instituit mutabili voluntate aliquid facere putaret

De anima mulieris que non ē ex aīa viri / vt q̄daz putauerūt dicētes animas esse extraduce

Quemadmodū mulieris corpus de viri corpore traditum fuit. ita putauerunt aliqui ipsius animaz de viri anima ꝓpagatam ⁊ omnes animas preter primam detraduce esse sicut corpora. Alij autem putauerunt simul omnes animas ab initio creatas. Catholica autem ecclesia nec simul nec extraduce factas esse animas docet. sed in corporibus per coitum seminatis atq̄ formatis infundi. et infundendo creari. Vñ in ecclesiasticis dogmatibus. Animas hominum nō esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas / nec simul creatas sic̄ origenes fingit, dicimus neq̄ in corporibus ꝑ coitū seminari. sicut luciferiani et cirillus / ⁊

Alioꝝ opinio qui putauerūt oēs animas simul ab inicio creari.

quidem latinorum presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum p coniugũ copulam seminari. Creationem vero anime solum creatorem nosse. Eiusq; iudicio corpus coagulari in vulua et compingi atq; formari. ac formato iam corpore animam creari atq; infũdi vt viuat in vtero homo ex anima cõstans et corpore ⁊ egrediatur viuus ex vtero/plenus humana substãtia. Hieronimus etiam anathematis vinculo illos condemnat. qui animas extraducere dicunt. inducẽs autoritatez prophete. Qui finxit singillatim corda eorum hoc satis inquit innuit ꝓpheta q̃ non ipsam animã de anima facit deus. sed singillatim animas de nichilo creat.

¶De primo hominis statu ante peccatum scilicet qualis fuerit secundum corpus ⁊ secundum animam.

Di. XIX.

Solẽt queri plura de primo hominis statu ante peccatum scz qualis fuerit homo priusquam peccaret/⁊ in corpore/et in anima mortalis an immortalis. passibilis an impassibilis. De termino inferioris vite ⁊ de transitu ad superiorem de modo propagationis filiorum et alia multa que nõ inutiliter sciũtur. licet aliquando curiositate querantur. At priusquam ad animi qualitatẽ pertinentia prosequamur. de qualitate eius secundum corpus et modo propagationis filiorum et de alijs quibusdam inspiciamus. Prim⁹ ergo homo secundum naturam corporis terreni. et imortalis fuit quodammodo secundum aliquid quia potuit non mori. et mortalis quodãmodo quia potuit mori. In illo nãq; primo statu habuit posse mori. et posse non mori. Et hec fuit prima humani corporis immortalitas scz posse non mori. In secũdo vero statu post peccatum habuit posse mori. et non posse non mori. qz in hoc statu moriendi est necessitas In tercio statu habebit posse nõ mori et ñ posse mori. qz ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas/quod ex gratia erit/non ex natura. In primo statu fuit corpus hominis animale. id est egens alimonijs ciborum.

Qz homo in p̃mo statu scz añ peccatum fuit fm corp⁹ mortalis ⁊ im mortalis. In secõ vero statu fuit mortal' ⁊ mortuus scz post peccatuz In tercio statu erit omnino immortal' .i. non potẽs mori.

¶Quomodo dicitur homo factus in animam viuentẽ.

Vnde ⁊ homo factus dicitur in animam viuentem. non spũalem. i. in animam corpus sensificãtez. quod adhuc erat animale/nõ spirituale/quod egebat cibis vt per animã viueret. Factus est ergo in aiam viuẽtem. i. vitam corpori dantem tũ per sustentamenta ciborz. et tunc erat corpus mortale et immortale. qz poterat mori et poterat non mori. Post peccatũ vero factum est mortuum. sicut vt dicit apostolus. Corpus ꝓpter peccatũ mortuum est. i. necessitatez moriendi in se habet. In resurrectione vo erit spũale scz agile cibis non egens. ⁊ immortale nõ sicut in statu primo tantũ fuit scz q̃ possit nõ mori. sed etiam q̃ poterit nõ mori. Unde aug. super genesim apostolus ait. Corpus quod mortuum est ꝓpter peccatum ⁊c. Prius de limo terre formatũ est corpus animale non spũale cum quasi resurgemus. Renouabitur em̃ a vetustate non in corpus aiale quale fuit. sed in melius. i. spũale cum hoc mortale induet immortale in quod mutandus erat adam. nisi mortem corporis animalis peccando meruisset. Non ait apostolus corpus mortale est ꝓpter peccatum/sed mortuum. Illud em̃ ante peccatum mortale. et immortale erat. quia poterat mori et non mori Aliud est autez non posse mori. aliud posse non mori. Ideo factum est per peccatum non mortale quod erat. sed mortuum/quod non fieret nisi peccaret. Animale em̃ non est hoc corpus/sicut p̃mi

hominis fuit / sed iam deterius est. Habet enim necessitatem moriendi.

¶Corpus hominis ante peccatũ mortale ⁊ immortale fuit.

Ecce hic euidenter aperit aug. q̃ corpus hominis ante peccatum mortale et immortale fuit. ꝑ non qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodẽ beda super genesim ait. Nõ est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora / sicut modo. Ait enim apostolus. Corpus ꝓpter peccatũ mortuum est. sed licet fuissent animalia nõdum spũalia / non tamen mortua / que scz necesse esset mori.

¶Utrum immortalis quaz habuit ante peccatum esset de cõditione nature an ex gratie beneficio.

Volet hic queri cum homo primus mortale et immortale corpus habuerit. vtrum ex ꝓditione nature ipsius corporis habuerit vtq̃ an alterum beneficiũ esset gratie scz immortalitas. i. posse nõ mori. Ad qd̃ dici potest. qz alterum habebat in natura corporis. i. posse mori. Alterũ vero scz posse nõ mori. erat ei ex ligno vite scz ex dono gratie. Unde aug. sup genes. Quodãmodo creatus est homo immortalis / quod erat ei de ligno vite. non de conditione nature. Mortalis erat de ꝓditione corporis animalis immortalis beneficio conditoris. Nõ enim immortale erat / q̃ omnino mori non posset. quod non erit nisi cũ fuerit spũale. Aperte dicit q̃ non natura / sed ex ligno vite habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt q̃ nisi illo ligno vite vteret / nõ semp viueret. qz peccaret. Peccaret enim si illo ligno ñ vteretur. quia preceptum erat ei / vt comederet de omni ligno paradisi / nisi de ligno scientie boni et mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohibitum / ita etiam peccaret si nõ comederet / quod erat iussum.

¶Rñsio qua dr̃ alterz fuisse d̃ nature ꝓditõne sciliz posse mori alterz ex gr̃e dono scz posse nõ mori

¶Aliq̃ dicũt q̃ si nõ vteret adam de ligno vite nõ semp viuerz qz peccaret.

¶Si non foret preceptum vt de illo ligno comederet et alijs non illo vteretur an posset nõ mori.

Sed adhuc queritur si non esset preceptum vt de ligno vite ederet et alijs et non illo vesceret nunquit posset non mori. Si semper viueret non vtens de illo ligno / non erat ei ex illo ligno posse non mori Si vero non posset semper viuere / id erat ei ex illo ligno posse. Alij quidem dicunt / q̃ si non fuisset ei preceptum vesci de illo ligno et alijs / et non illo vesceretur viueret semper. Sic determinantes illud quod supra dixit augustinus. erat ei de ligno vite / non de ꝓditione nature tantum. scz quasi non ex conditione nature solummõ erat ei. sed etiam ex ligno illo. Alijs autẽ videtur q̃ ex ligno vite erat ei posse non mori / non ex natura. Ideo em̃ dicitur potuisse non mori. qz poterat vti illo ligno. de quo edens non moreretur.

¶Questio augustini quomõ immortalis factus sit homo.

De hac vero hominis immortalitate qualis fuerit augustinus super genesim questionem mouens / sic ait. Queritur qũo immortal' factus sit homo pre alijs animãtibus. Et quomodo cum illis communem acceperit alimoniam. Sed alia est immortalitas carnis quã in adam accepimus Alia quam in resurrectione speramus p xp̃m. Ille factus est homo immortal' vt nõ posset mori / si non peccaret / moreretur autem si peccaret. Filij vero resurrectionis nec poterũt vltra peccare nec mori. Caro nostra non tunc egebit

refectione ciboꝝ. quia nulla poterit esse defectio. Caro ade ante peccatū ita immortalis creata est vt ꝑ alimoniam adiuta esset mortis et doloris expers. Sic ergo immortalis ⁊ incorruptibilis ꝯdita est caro hominis vt suam immortalitatem ⁊ incorruptionem. per obseruationem mandatorum dei custodiret In quibus mādatis hoc continebatur vt de illis lignis concessis manducaret et ab interdicto abstineret. Per horuꝫ edulium immortalitatis dona conseruaret. donec corporalibus incrementis perductus ad etatem que conditori placeret multiplicata progenie ipso iubente sumeret de ligno vite. quo perfecte immortalis factus / cibi alimenta vlterius non requireret.

Attēde q̄uia in preceptis a deo homini ꝑmo datis.

Sūmatim superioꝝ verborū sententiam perstringit.

Ecce his verbis videtur aug̃. tradere ꝙ caro primi hominis immortalitatem in se habuerit q̄ per alimoniam ciborum conseruaretur vsq̄ ad tempus sue translationis in melius. quando de ligno vite comederet et fieret omnino immortalis. ita vt nō posset mori.

Q̄ expredictis consequi videt̄ hominem de nature sue conditione q̄uo fuisse immortalem sꝫ non omnino fieret immortalis nō ꝑticipatio ligno vite

Ideo aliqui dicunt / ꝙ immortalitatē de natura habebat qua poterat non mori que aliorum lignorum esu poterat ꝯseruari. sed non poterat ꝯsummari nisi per assumptōeꝫ ligni vite. quod videtur aug̃ sentire super genesim dicens Hoc quoq̄ addo talem cibum illam arboreꝫ prestitisse quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur. non sicut ex alio cibo / sed inspiratione salubritatis occulta. hic innuere videtur ꝙ cum alijs cibis posset corpus sustentari / hoc cibo indeficienti sanitate firmaretur. Ex quo ꝯsequi videtur / ꝙ sicut in natura sua habuit immortalitatē quandā scꝫ aptitudinē moriendi. ita aliquam immortalitateꝫ in natura sui habuit. i. aptitudinē qua poterat nō mori / cibis adiutus. sed si perstitisset immortalitatis perfectio esset ei de ligno vite. Sed qui hoc tradunt quomodo superiora augustini v̄ba quibus dicit ꝙ erat immortalis ex ligno vite. huic sententie non contradicunt. ꝑ diligenter inquirant.

De modo ꝓcreationis filiorū si non peccassent primi parentes. ⁊ quales nascarent̄ filij.

Post hoc uidenduꝫ est qualiter primi parentes si non peccassent filios ꝓcreassent et quales ipsi filij nascerentur. Quidā putant ad gignendos filios / primos homines in paradiso misceri nō potuisse nisi post peccatum dicentes concubitū sine corruptione vel macula non posse fieri / Sed ante peccatum nec corruptio nec macula in homine esse poterat. quoniam ex peccato hec consecuta sūt Adquod dicendum est / ꝙ si non peccassent primi homines sine omni peccato et macula in paradiso carnali copula conuenissent. et esset ibi thorus immaculatus / et commixtio sine concupiscentia atq̄ genitalibus membris sicut ceteris imperarent / vt ibi nullum motum illicitum sentirent. et sicut alia mēbra corporis alijs admouemus / vt manum ori sine ardore libidinis. ita genitalibus vterentur membris sine aliquo pruritu carnis hec em̄ letalis egritudo mebris humanis ex peccato inhesit Genuissent itaq̄ filios inpadiso per coitum immaculatū / ⁊ sine corruptōne Cur nō credamus primos homines añ

DI. XX

peccatum genitalibus membris ad p/ creationem imperare potuisse sicut ce/ teris in quolibet opere sine voluptatis pruritu vtunt. Incredibile em non est deum talia fecisse illa corpora. vt si nõ peccassent illis membris sicut pedibus imperarent. nec cũ ardore seminarent. vel cum dolore parerent. sed post pec/ catum motum illum meruerunt quẽ nu ptie ordinant / cõtinentia cohibet. In/ firmitas em prona in ruinã in turpitu/ dinis excipit honestate nuptiali. et qõ sanis esset officiuz / egrotis est remediũ Emissi quidem de paradiso puenerunt et genuerunt. sed potuerunt in paradi so eis esse nuptie honorabiles / et thor̃ immaculatus / sine ardore libidinis / sine labore pariendi.

Quare in paradiso non coierũt

Cur ergo nõ coi

erunt in paradiso? qr creata muliere / mox transgressio facta est / z eiecti sunt de paradiso. Vel qr nondum deus ius serat vt coirent z poterat diuina expe/ ctari autoritas vbi pcupiscentia nõ an gebat. Deus vero non iusserat. qr ca/ sum eorũ presciebat / de quibus homo ppagandus erat Ecce expresse habes de modo ppagationis filiorum.

Determinatio illius inferio/ ris vite. vtruz natis filijs per successiones. an simul omnes transferendi fuissent.

De termino vo

temporis quo transferent ad spũalem celestemqz vitam certum aliquid scrip tura non tradit. Et ideo ambiguuz est vtrum parentes genitus filijs pfectaqz humani officij iusticia / ad meliorem sta tum transferent. non per mortez sed p aliquam mutationem. an patres in ali quo statu vite remanerent / ligno vite vtentes / donec filij ad eundem statuz p. uenirent. et sic impleto numero omnes simul ad meliora transferent. vt essent sicut sancti angeli in celis. De quo au/ gustinus ambigue disserit sup genesim ita inquiens Potuerunt pmi homines in paradiso filios gignere. non vt mori entibus patribus succederent filij. sed in aliquo forme statu manentibus z de ligno vite vigorẽ sumentibus et filij ad eundem perducerent statum / donec im pleto numero sine morte animalia cor/ pora in aliam qualitatem transirent in qua omnino regenti spiritui de serui/ rent. et solo spũ viuificante sine corpo reis alimentis viuerent. Vel potuerũt parentes filijs cedere. vt per successio/ nes numerus implerctur. Qui genitis filijs pfectaqz humani officij iusticia ad meliora transferent / non per mortez. ꝯ per aliquam mutationez. Ecce hic dici mus de transitu hominis ad meliora. ꝯ incertum nobis relinquitur vtrũ simul transferantur / an per successiones.

Quales procrearent filios vtq; perfectionẽ stature z vsum mẽ brorum habentes qualis ho/ mo primus fuit conditus.

Si vero querit

quales si non peccasset homo filios ge nuissent. vtrum videlicet sicut ipse pri mus homo secundum staturam corpo ris et vsus membrorum perfectus mox conditus extitit. ita etiam eius filij in ipso natiuitatis exordio perfecti existe rent qui ambulare et loqui et cuncta fa cere posset responderi potest. Qr filios paruulos nasci oportebat / propter ma terni vteri necessitatẽ. Sed vtruz mox nati perfectionem stature et membro/ rum vsuz haberent / an paruuli z in mi nori etate constituti vti possent mem/ brorũ officijs an p interualla temporũ eo modo quod tunc fit perfectionez sta ture et vsum membrorum recepturi es sent de auctoribus diffinitum non ha/ bemus.

Respõsio vti vno fine ambi guo posito tri ptituz subicit distinctionum

Ambigua augustini verba ponit vbi tame videtur innuere q filij ⁊ paruuli possent membrorum vti officijs.

Et sup hoc aug'.

ambigue loquitur. Ponet nos inq̃t si primi homines non peccassent vtruz tales filios essent habituri qui nec lingua/nec manibus/nec pedibus vterentur. Nam propter vteri necessitatē forte necesse erat paruulos nasci. Pz quãuis exigua pars corporis sit costa non ꝓpter hoc paruulam viro coniugem fecit. Unde et eius filios poterat omnipotentia creatoris mox natos grãdes facere. Sed vt hoc omittã poterat certe eis prestare quod multis animalibus prestitit. quoz pulli quamuis sint paruuli/tamen mox vt nascuntur currũt et matrem sequuntur. Econtra homini nato/nec ad incessum pedes idonei sũt nec manus saltem ad scalpendum abiles. ⁊ iuxta se mammis positis nascentes magis possent esuriẽtes flere q̃ sugere. Propriecz infirmitati mentis ꝓgruit hec infirmitas carnis. Vis vbis videtur insinuari q filij etiam paruuli officijs membrorum valeant vti.

Quibusdam non absurde placuit q filij parui nascerent. ⁊ per accessuz tempis in staurata ⁊ in alijs sicut nũc ꝓficerẽt qd̃ non essz vitio imputandũ.

Sed cum aug'.

sub assertione de his nichil tradat/nõ irrationabiliter quibusdã placuit primoz parentuz filios nascituros paruos ac deinde ꝑ interualla temporũ eadem lege qua ⁊ nũc natiuitatē humanam ordinatam cernimus stature incrementũ et membroz vsum recepturos vt in illis expectarek etas ad ambulandum et loquenduz sicut modo in nobis. quod vticz non esset vitio imputandũ. ꝗ conditioni nature sicut a cibo abstinere penitus nõ valebant. nec tñ illud erat ex vitio sed ex natura ꝓditionis.

Oppositio quorundam volentium probare eos posse viuere sine alimonia.

Ad hocaũt oppo

nitur ita. Si non peccarent non morerentur ꝗ non peccarent/si non comederent Poterant igitur sine alimonia viuere. Letez sicut supra diximus nõ solum peccarent si de ligno vetito ederẽt sed etiam si ꝓcessis non vterẽtur. quia sicut erat eis preceptum non illo ligno vti/ita alijs vesci. Preterea ꝓtra naturalem rõnem facerent. qua intelligebant de illis esse edendum quod ⁊ naturaliter appetebãt. Itez opponitur. Cũ fames sit pena peccati/si non peccarẽt famem non sentirent. sed sine fame supfluum videretur comedere. Uñ putãt q̃dam eos cibis nõ indiguisse ante peccatum. qz non poterant esurire/si non peccassent. Ad quod dici potest/q fames vere defectus est et pena peccati. Est em̃ immoderatus appetitus edendi cui non subiacuisset homo si non peccasset. ꝗ ꝓculdubio peccaret nisi hunc defectũ cibo preueniret. Habebat em̃ naturalẽ appetitum et moderatum cui ita satisfaciendum erat/ne defectuz famis sentiret. Sicut ergo nõ ex vitio/ꝗ ex nature ꝓditione erat q ante peccatuz homo cibis indigebat. ita nõ ex vitio esset/ꝗ de natura. Si hominis ꝓditio in principio suo. i. in ꝑmo parente a perfecto inchoata in subsequenti ꝓpagatione a modico ad maiora ꝓficeret. vt scz per interualla temporis stature corporee incrementa. vsumcz membrorum susciperet.

Rñsio alia.

Utrũ sicut statura corpis/ita etiam sensu mẽtis paruuli nascerentur/⁊ per accessum temporis proficerent in sensu et

noticia veritatis scz an mox nati in his essent perfecti.

Et cũ de corpore humano non sit absurdum uel inconueniens hoc existimare queri solet. vtruz de sensu anime et cognitione veritatis eodem modo sentiendum sit. vt scz hij qui sine peccato nascerent sẽsu z intelligentia mentis imperfecti existerẽt. z p accessum tempis in his proficerẽt vsqz ad pfectionem an mox conditi perfectionez sensus et cognitionis percipe rent Illi q̃ sentiunt paruulos natos in statura corpis z vsu membrozuz per accessum tempis profecturos non diffitẽtur eosdem in exordio natiuitatis sensu imperfectos existere. z per interuallum tempis in sensu et cognitione pficere vsqz ad perfectum.

Contra illozum sententiaz opponuut quidam.

Ad qd quidã opponunt dicentes. Si mox nati non haberent perfectionem sensus z intelligẽtie ignorantia in eis esset. ignorantia autẽ peccati est pena. Sed qui hoc dicunt nõ satis diligenter psiderant quia non omnis qui aliquid nescit vel minꝰ perfecte aliq̃d scit statim ignorantiam habere/ siue in ignorãtia dicendus est. qz ignorantia non dicitur nisi cũ id qd sciri et nõ ignorari debet nescit. Talisqz ignorãtia pena peccati est cũ mẽs vitio obscuratur/ ne cognoscere valeat ea que scire deberet.

De hoĩs translatõne in meliorem statũ z d̃ duobus bonis altero hic dato/ altero pmisso.

Talis erat hominis institutio ante peccatum scdm corporis pditionem. De hoc autem statu transferendus erat cum vniuersa posteritate sua ad meliorez dignioremqz statuz/ vbi celesti z eterno bono in celis sibi parato frueretur. Sicut enim ex duplici natura cõpactus est homo. ita illi duo bona pditor a principio preparauit. vnum tempale. alterum eternum. vnum visibile/ alterz inuisibile. vnũ carni. alterum spũi. Et quia primũ est qd est animale. deinde quod est spũale. tẽporale ac visibile bonum prius dedit. Inuisibile aũt et eternum promisit. et meritis querendum proposuit.

Qz rõnem naturalem z preceptuz dedit de' homini ad fuandum bonũ quod acceperat z p merendũ quod pmissuz erat.

Ad illius autem custodiam qd dederat. z ad illud merẽdum quod pmiserat/ naturali rationi i creatione anime hominis idite qua poterat inter bonuz et malum discernere preceptum addidit obedientie. per cuius obseruantiam datum non perderet et pmissum obtineret/ vt per meritum veniret ad premium.

De inuidia dyaboli qua ad hominez temptandũ accessit.

DI. XXI. Videns ergo dyabolus hominem per obedientie humilitatem posse ascendere. vnde ipse per superbiam corruerat/ inuidit ei. et qui prius per superbiam dyabolus fuerat id est deorsum lapsus/ et zelo inuidie factus est sathan id est aduersarius. Unde et mulierem temptauit in qua minus quã in viro rationem vigere nouit. eius malicia ad temptandum virtutem timida humanã naturã in ea parte/ vbi debilior videbatur aggressa est. Ut si forte illic aliqua tenus preualeret. Postmodũ fiducialius ad

Quare ad feminam pmus venit.

alteram que robustior fuit / pulsandaz vel potius subuertendam accederet. Primum ergo solitariam feminam explorauit. vt in ea primum omnez sue tẽptationis vim experiretur.

Quare in aliena forma venit.

Sed qꝛ illi per violentiam nocere nõ poterat / ad fraudem se conuertit / vt dolo hominez subplantaret. quem virtute superare neq̃ret. Ne autem fraus illius nimis manifestaret / in sua specie non venit / ne ap̃te cognosceretur / ꝛ ita repelleret. Iterum ne nimis occulta foret fraus eius / que caueri non posset. ꝛ homo simul videretur iniuriam pati. si taliter circumueniri permitteret eum deus vt precauere nõ posset. in aliena quidem forma venire premissus est dyabolus / sꝫ in tali in qua eius malicia facile posset rep̃hendi. Ut ergo in propria forma non veniret voluntate sua propria factum ẽ. Ut autem in forma sue malicie congruenti veniret / diuinitus factum est. Venit ergo ad hominem in serpente q̃ forte si permitteret in columbe specie venire maluisset. Sed non erat dignum / vt spiritus malignus illam formaz homini odiosam faceret. in qua spiritus / sanctus apparitorus erat.

Quare non nisi in forma serpentis accessit.

Nõ ergo nisi per serpentez temptare permissus fuit diabolus vt per illud quod foris erat astuciam temptantis animaduertẽ femina quiret. Dyabolus enim per serpentez temptabat in quo loquatur.

Quare dictus est serpens callidior cunctis animantibus

Ideoqꝫ serpẽs dictus est esse callidior cunctis animantibus terre. quia vt ait aug̃. Mali angeli licet superbia deiecti / natura tamẽ sunt excellentiores omnib⁹ bestiis ꝓpt̃ eminentiaz rõnis / quamuis serpens nõ ratõnali anima / ꝫ spũ diabolico possit sapientissimus dici. Nõ ergo mirum si diabolus spũ suo implens serpentem sicut vates implebat sapientissimũ reddiderat omnium bestiarũ / quem tñ ad temptandum non elegit dyabolus. sed per qd̃ animal permissum fuit temptauit. Unde aug̃. super genesim. Non ẽ putandum ꝙ dyabolus serpentem per quem temptaret elegerit / sed cũ decipere cuperet non potuit / nisi per quod animal posse permissus est nocendi em̃ voluntas inest cuiqꝫ a se. sed potestas a deo. Sicut autẽ loquebatur dyabolus per serpentem ignorantem / sicut per ĩerguminos vel ꝑ phanaticos loquitur. Serpẽte em̃ velut organo est vsus mouens naturam eius ad exprimendũ sonos verborũ / ꝛ signa quibus suam mõstraret voluntatem. Serpens ergo nec verba intelligebat / nec rationalis ẽ factus. Callidissimus tñ est dictus propter astuciam diaboli. locutus est autez sicut asina balaam / ꝫ hoc diabolicum illud angelicuz fuit. boni em̃ et mali angeli similiter operant̃. Hic queri solet quare mulier non horruit serpentẽ. qꝛ cum nouerit creatuz esse etiam officiũ loquendi a deo accepisse putauit.

Aug̃.

Quare mulier nõ horruit serpentem.

De modo temptationis.

Temptatio aũt hoc modo facta est. Stans coram femina hostis superbus / non audit in verba persuasionis exire metuens deprehendi. Sed sub interrogatione eaz aggreditur / vt ex respõsione colligeret / qualiter in malicia ꝓcedere posset. Cur inquit precepit vobis deus / vt non comederetis d̃ omni ligno paradisi? Cui re

Quare ex interrogatione exorsus est.

Verba serpẽtis.

Responsio mulieris.

spondit mulier. De fructu lignorum q̃ sunt in paradiso vescimur. De fructu vero ligni quod est in medio paradisi/ precepit nobis deus/ ne comederemus et ne tangeremus/ ne forte moriamur

Addit serpẽs natus fiduciã ex vbis mulieris pmissionẽ falsam.

In quo verbo dedit locum temptandi cum dixit ne forte moriamur. vñ mox dyabolus dixit ad mulierem/ nequaq̃ moriemini. Scit enim deus q̃ in quo/ cunq̃ die comederitis ex eo/ aperient oculi vestri/ ⁊ eritis sicut dij sciẽtes bonum et malum. Attende ordinem ac p gressum humane perditionis. Primo deus dixerat. Quacunq̃ die comederitis ex eo morte moriemini. Deinde mulier dixit/ ne forte moriamur. Nouissime serpens dixit/ nequaq̃ moriemini. De affirmauit/ mulier quasi ambigendo illud dixit. dyabolus negauit Que ergo dubitauit ab affirmante recessit. et neganti appropinquauit.

De versutia dyaboli qui vt facilius per suaderet malum remouit/ et bonum in pollicito duplicauit.

Qui ad suaz persuasionem pleniter suffultiendam. i. vt malum qd̃ intendebat libere persuaderet/ et malum qd̃ mulier timuit negando remouit. et repromissionez addidit Et vt eius persuasio citius reciperetur pmissionem duplicauit. Unaz nempe comestionez suadens. duo in premio p posuit/ similitudinem dei. scientiamq̃ boni et mali spondens. Ubi tribus modis hominem temptauit scz gula. in p/ suasione cibi cum dixit. In quocumq̃ die comederitis. inani gloria. in pmissione deitatis cum dixit. Eritis sic̃ dij Auaricia in promissione scientie/ cum dixit. scientes bonum et malum. Gula est immoderata cibi auiditas. Uana gloria amor ppie excellentie. Auaricia immoderata habendi cupiditas q̃ non est tantum pecunie sed etiam altitudinis ⁊ scientie cum supra modũ sublimitas ambitur.

Aug q̃ homo tribus modis tẽptatus ẽ gula. vana glia auaritia.

De duplici tẽptationis specie

Porro sciendum est duas esse species temptationis/ interiorem scz ⁊ exteriorem Exterior tẽptatio est quãdo nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur vbo vel signo aliquo/ vt ille cui fit ad consensum peccati declinet. et talis temptatio tm̃ fit ab aduersario. Interior vero temptatio est qñ inuisibiliter malum intrinsecus nobis suggeritur. Et hec temptatio aliqñ fit ab hoste. aliquãdo a carne. Nam ⁊ dyabolus inuisibiliter mala suggerit. ⁊ ex carnis corruptõne subortur motus illicitus. et ipsa titillatio prava Ideoq̃ temptatio que ex carne est non fit sine peccato. Que autem est ab hoste nisi ei cõsentiatur/ non habet peccatum/ sed est materia exercende virtutis. Temptatio autẽ carnis interior difficilius vincitur. quia interius oppugnans de nostro ꝓtra nos roborat. Homo ergo qui sola exteriori tẽptatione pulsatus cecidit. tanto graui? plectendus erat. quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamen quia aliquam licet modicam cadendi occasionem habuit. Idcirco per dei gratiam iuuari potuit ad veniam. vt qui per alium ceciderat/ per alium erigeretur. q̃ ergo incitatorem habuit ad malum. nõ iniuste reparatorem habuit ad bonum Dyabolus vero/ qz sine alicuius temptatione peccauit. per alium vt surgeret iuuari non debuit. nec per se potuit Et ideo irremediabile peccatum eius extitit. peccatum vero hominis sicut p alium habuit initium/ ita per alium habuit remedium.

Quare homo per aliũ surgere potuit ⁊ nõ diabolus ⁊ hominis remediabile dyaboli vero non.

Quare homo non angelus sit redemptus.

Preterea ange

lica natura qm̃ non tota perierat. sed ex parte perstiterat / non est redempta humana vero tota perierat. Et ideo ne penitus perderetur / ex parte est redẽpta. vt inde ruina suppleretur angelica. Unde augustinus in encheridion Pla cuit vniuersitatis creatori et moderatori. vt qm̃ non tota multitudo angelorũ deum deserendo perierat / ea que perierat in perpetua perditione remaneret Que autẽ cum deo illa deserente perstiterat. de sua certissime cognita semp felicitate gauderet. Ad vero creatura rationalis que in hominibus erat. qm̃ peccatis atq; supplicijs tota perierat ex parte poterat reparari. Unde angelice societati suppleretur quod ruina illa minuerat. hoc enim promissum ẽ sanctis q; erunt equales angelis dei.

Aug̃ in ench.

Q; non soli viro preceptuz fuit datum.

Illud etiam notandum est / q; non soli viro preceptuz videtur esse datum cum ipsa mulier testetur sibi etiam esse mandatuz dicens Precepit nobis deus ꝛc̃. Supra tamẽ legitur ante factam mulierẽ deum dixisse viro de ligno sciẽtie boni et mali ne commedas non dixit ne commedatis. Forte quia facturus erat mulierem sic precepit / vt per virum ad mulierem peruenirẽt mandatum quia mulier q̃ subiecta viro fuit / non nisi mediante viro diuinum debuit accipere preceptum. Unde apostolus. Si quid discere voluerint domi viros suos interrogẽt. Si queritur quomodo loqui potuerũt vel loquentem intelligere q̃ non didicerant inter loquentes crescendo vel magisterio dicimus. quia deus eos tales fecerat qui possent loqui. ꝛ discere ab alijs si essent.

Quo loqui potuerunt et loquentẽ intelligere.

De origine illius peccati.

Hic videt diligenter inuestigandum esse que fuerit origo et radix illius peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis precessisse / ex q̃ dyaboli suggestioni consensit. quod videtur augustinus innuere super genesim inquiens. Non est putandum q; homo deiceretur nisi precessisset in eo quedam elatio cõprimenda. vt per humilitatem peccati sciret q̃ falso de se presumpserit.. et q; non bene se habet natura si a faciente recesserit. Item in eodem. Quomõ verbis temptatoris crederet mulier deum se a re bona et vtili phibuisse / nisi inesset eius menti amor ille proprie potestatis. et de se superba presumptio que per temptationem fuerãt quincenda aut perimenda. Deniq; non contempta suasione serpentis aspexit lignum bonum esu. decorus aspectu. nec credens se inde posse mori. forte putauit deum alicuius causa significationis illa dixisse Ideo manducauit et dedit viro suo fortassis cum aliqua suasione quam scriptura intelligendaz reliquit. Vel forte non fuit suaderi necesse / cum eam mortuam esse illo cibo non videret vir. Sicut ergo nõ est permissus dyabolus temptare feminaz nisi per serpentem. ita nec virum nisi per feminam. vt sicut preceptuz dei / per virum venit ad mulierez. ita dyaboli tẽptatio per mulierem transiret ad virum In muliere vero que rationalis erat ñ est ipse locutus vt in serpente sed psuasio eius quãuis instinctu adiuuarz interius quod per serpentem gerebat exterius. Ex predictis temptationis modo atq; ꝓgressus insinuatur. Necnon etiã quod prediximus innui videtur. scz q; temptationem precesserat aliqua elatio et presumptio in mente hominis.

CI. CXXII.

Aug̃ super genesim.

Aug̃. sup genesim q; aliter locutus ẽ dyabolus in muliere quam in serpente.

Obiectio contra illos qui dicunt elationem precessisse in mente.

Quod si ita fuit nõ ergo alterius suggestione prius peccauit cum autoritas tradat ideo peccatum dyaboli incurabile esse / quia non suggestione sed ꝓpria superbia cecidit hominis vero curabile. qꝛ non per se / sed per alium cecidit. et ideo per alium resurgere potuit.

Quomodo intelligenda sint illa verba hic diffinit.

Quocirca predicta verba augustini pium ac diligentez lectorem efflagitant que sic intelligere sane quimus. Non deiceretur homo in actum illius peccati / vt scz lignum vetitum ederet. et in has miserias per tẽptationem dyaboli / nisi elatio comprimenda precessisset / non vtiqꝫ temptationem / sed opus peccati. Talis enim fuit ordinis processus. Dyabolus temptando dixit. Si comederitis eritis sicut dij scientes bonum et malum. quo audito statim menti mulieris subrepsit elatio quedam et amor ꝓprie potestatis. ex quo placuit ei facere quod dyabolus suadebat / et vtiqꝫ fecit. Suggestione igitur peccauit / quia temptatio precessit ex qua in mente eius orta est elatio quam peccatum operis secutum est et pena peccati.

Que fuit elatio mulieris.

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo qua credidit et voluit habere similitudinem dei / cum equalitate quadam. putans esse verum quod dyabolus dicebat. Et ideo specialiter mulierem cõmemorat augustinus inquiens. Quomodo crederet mulier dyabolo nisi esset in mente eius superba presumptio. Et quod ibi sequitur scz que per temptationem fuerat conuincenda vel perimenda / ad mulierem referenduz est vt intelligatur que mulier non elatio fuerat per temptationem ꝛc.

Que fuit elatio viri an crediderit ꝛ voluerit quod mulier.

Solet q̃ri vtruz illa talis elatio ꝛ amor ꝓprie potestatis in viro fuerit sicut in muliere Ad quod dicimus quia adam non fuit seductus eo modo quo mulier. Non enim putauit esse verum quod dyabolus suggerebat. In eo tamen fuisse seductuz credi potest ꝙ commissum veniale putauerit quod peremptorium erat. Sed nec prior seductus fuit. nec in eo in quo mulier vt crederet deum illud lignum ideo tangere ꝓhibuisse. qm̃ si tangerent fierent sicut dij. Verumtamen preuaricator fuit adam vt testatur apostolus. Poterat enim aliqua elatio mẽti eius inesse illico post temptationez / ex qua voluit lignum vetitum experiri cũ mulierem non videret mortuam / esca illa percepta. Unde augustinus super genesim. Cum apostolus adam preuaricatorem fuisse ostendit dicens. In similitudinem preuaricationis ade seductũ tamen negat vbi ait. Adam non est seductus sed mulier. Unde et interrogatus non ait. mulier seduxit me / sed dedit michi et comedi. Mulier vero dixit. Serpens seduxit me.

Qd̃ adam aũ fuit seductꝰ sicut mulier scz non crederet verꝫ quod diabolus suadebat et tñ in aliquo fuit seductꝰ scz vt veniale putaret peccatum.

Quam apostolus vocauerit seductionem qua mulier seducta est non vir.

Hanc autẽ seductionem ꝓprie vocauit apostolus ꝑ quã id quod suadebatur cum falsum essz verum putatum est scz ꝙ deus lignum illud ideo tangere ꝓhibuerit. quia sciebat eos si tetigissent / sicut deꝰ futuros tanquam eis diuinitatem inuideret q̃ eos homines fecerat. Sed si virꝫ ꝓpter

aliquam mentis elationem que deuz latere non poterat / solicitauit aliqua experiendi cupiditas cuz mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam Nec tñ eum arbitroz si iam spirituali mente preditus erat nullo modo credidisse quod dyabolus suggerabat.

Quis plus peccauit adam vel eua.

Ex quo manifeste animaduerti potest quis eorum plus peccauerit adam scz vel eua Plus em̃ videt peccasse mulier que voluit vsurpare diuinitatis equalitatem et nimia presumptione elata credidit ita esse futurum. Adã vero nec illud credidit et de penitentia. ⁊ dei misericordia cogitauit dum vxori morem gerens eius p suasioni ꝓsensit nolens eam contristare et a se alienatam relinquere / ne perirz arbitratus illud esse veniale nõ mortale delictum. Unde apostolus ait. Adaz non est seductus Quod vtiqz ita accipi potest / vt intelligatur non esse seduct̃ prioz scz vel in eo mulier vt scz crederz illud esse verum. Eritis sicut dij / ꝗ putauit vtrumqz posse fieri / vt vxori morem gereret / ⁊ per penitentiam veniam haberet. Minus ergo peccauit qui de penitentia et dei misericordia cogitauit. Postq̃ enim mulier seducta manducauit. eiqz dedit vt simul ederent noluit eam ꝓstristare quam credebat sine suo solatio ꝓtabescere. et a se alienatã omnino interire. Non quidem carnali victus ꝓcupiscentia / quam nondum senserat / sed amicabili quadam beniuolẽtia / qua plerumqz fit vt offendatur deus / ne offendatur amicus. quod euz facere nõ debuisse diuine sentẽtie / iustus exitus indicauit. Ergo alio quodam modo ipe etiam deceptus est. Inexpertus em̃ diuine seueritatis in eo falli potuit vt veniale crederet esse cõmissuz ꝗ dolo illo ꝗpentino quo mulier seducta ẽ nullo mõ arbitroz illum potuisse seduci

In quo adam deceptus ⁊ in quo non.

Ex his dat intelligi ꝙ mulier plus peccauerit in qua maiozis tumozis presũptio fuit. Que etiam in se et in proximũ et in deum peccauit. Vir autem tantũ in se et in deum. Inde etiam colligitur ꝙ mulier plus peccauerit / quia grauius punita est / cui dictum fuit in dolore paries filios ⁊c.

Ex pena etiã plus peccasse ꝓbatur mlr.

Quid predicte sentẽtie aduersari videtur.

Sed huic videt ꝓtrarium quod aug̃. super genesim de viro et muliere peccatum suum excusantibus ait. Dixit adam mulier quaz dedisti michi dedit mihi de ligno et cõmedi. non dicit peccaui Superbia em̃ habet ꝓfusionis deformitatem / non cõfessionis humilitatem. Nec etiam mulier ꝓfitetur peccatum / sed refert in alterum dicens. Serpens decepit me et comedi. in impari sexu / ꝗ pari fastu. Ecce hic dicit augustinus. quia parem fastum habuit mulier cum viro. Pariter ergo superbi erunt et pariter peccauerunt.

Determinatio predicte autoritatis.

Sed hoc ita determinari potest vt dicamus parem vtriusqz fuisse fastum in exculatione peccati / et etiam in esu ligni vetiti / sed disparem. ⁊ in muliere multo maiozem in eo ꝙ credidit ⁊ voluit esse sicut deꝰ qõ non vir. Verumtamen ⁊ de viro legit̃ ꝙ voluit esse sicut deus. Dicit em̃ aug̃ super illum locum psalmi. Que non rapui tunc exoluebam. Rapuit adam et eua presumens vt dyabolus de diuinitate. rapere voluerunt diuinitatẽ ⁊ poderunt felicitatem. Item super illum locum psalmi. Deus quis similis tibi. Qui per se vult esse vt deus / peruerse vult esse similis deo / vt dyabolus qui

De viro etiã legit̃ ꝙ voluerit esse sic̃ deꝰ

noluit sub eo esse. ⁊ homo qui vt seruus noluit teneri precepto. ꝑ voluit vt nullo sibi dominante esset quasi deus. Itē super illum epistole locum non rapinā arbitratus est se esse equalē deo. quia non vsurpauit quod suum non esset vt dyabolus et primus homo.

Quorundam scientia q̃ adam ambierit esse vt deus/ sed non crediderit possibile.

Ideo quibusdā videtur q̃ etiam adam ambierit esse sicut deus nō tamen credidit id fieri posse. et ideo falsum esse quod dyabolus ꝓmittebat cognouit. Et licet diuinitatis equalitatem ꝓcupierit. non tamen adeo exarsit. nec tanta est affectus ambitōne sicut mulier que illud fieri posse putauit. ⁊ ideo magis illud ambiendo superbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis subreptio mouit. ꝑ non ita vt illud putaret verum vel possibile fore. Alios autem videtur ideo dictum esse q̃ adam illud voluerit/ quia mulier de eo sumpta illud voluit. sicut inquiūt peccatum dicitur per vnum hominem intrasse in mundum. i. in humanam naturam/ cū tamen mulier ante virum peccauerit. quia per mulierem intrauit ō viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse. quia etiam peccante muliere si vir non peccasset ⁊ humanum genus minime peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauit vir quam mulier.

Alior sententia q̃ propter euam de viro sumptam id dictum putant.

Obiectio contra id qō dictum est virum minus peccasse.

His autem oppo ni solet hoc modo. Tribus modis vt ysidorus ait peccatum geritur scz ignorantia infirmitate/industria. Et grauius est infirmitate peccare quā ignorantia. grauiusq̃ idustria quā infirmitate

Eua autem videtur ex ignorantia peccasse quia seducta fuit. Adam vero ex industria/ q̃a non fuit seductus/ vt apostolus ait. Ad qō dicimus quia licet eua in hoc per ignorantiam deliquerit q̃ putauit verum esse qō dyabolus suadebat. non tñ in hoc quin nouerit illud dei esse mandatum et peccatum esse cōtrarie. Et ideo excusari a peccato p̃ ignorantiam non potuit.

Q̃ ignorantia alia excusat. alia non.

Est enim ignorā tia que excusat peccantem. et est ignorantia talis que non excusat scz ignorātia vincibilis. et ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur vbi mandatum non ignoratur.

De triplici ignorantia que excuset et que non.

Est autem igno rantia triplex et eorum scz qui scire nolunt cum possint. que non excusat/ q̃a et ipsa peccatum est. ⁊ eorum que volunt/ sed non possunt que excusat. Et est pena peccati non peccatum. et eorū qui quasi simpliciter nesciunt non renuentes vel ꝓponentes scire/ que neminē plene excusat. sed sic fortasse vt minus punitur. Unde aug ad valen. Eis affertur excusatio qui mandata dei noluerunt quaz solent habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter quā nescienter. Nō ideo tamen fugiendum est ad ignorantie tenebras vt in eis quisq̃ excusationem requirat. Aliud est em nescisse. aliud dicere noluisse. quia in eis qui intellige re noluerunt ipsa ignorantia peccatum est. In eis vero qui non potuerūt pena peccati. Ignorantia vero que non est eorum qui scire nolunt. sed eorum qui tā quam simpliciter nesciunt/ nullum sic

excusat. vt eterno igne nõ ardeat. sed fortasse vt mitius ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorãtia cum et mandatum nouerit/ et peccatum esse secus agere nõ ignorauerit

Vnde processerit cõsensus illius peccati cum natura hominis esset incorrupta.

Volet etiaz querí cum sine vitio esset natura hominis vnde consensus mali processerit. Ad quod responderi potest quia ex libero arbitrio proprie voluntatis fuit In ipso enim et in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio/quia in dyabolo qui suasit. ĩ ipo qz volũtate liberi arbitrij ꝓsensit cum liberũ arbitriuz sit bonuz ex re utiqz bona/ malus ille consensus prouenit z ita ex bono maluz manauit De hoc autez in sequẽti plenius tractabimus/cũ origo mali et in qua re coalescat inuestigabitur.

An voluntas precesserit illud peccatum.

Si vero queritur vtrum voluntas illud peccatum precesserit. dicimus quia peccatum illud z in voluntate et in actu ꝓsistit. et voluntas actum precessit/ sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non preẽjt atqz ex dyaboli persuasione z hominis arbitrio illa volũtas mala prodijt qua iusticiam deseruit/ z iniqnitatez inchoauit/ z ipsa voluntas iniquitas fuit.

Quare deus permiserit hominem tẽptari sciens esse casuz.

DI. XXIII. Preterea queri solet cur deꝰ hominem temptari permiserit quem decipiendum fore presciebat. sed non esset laudabile homini si ideo bene viuere posz quia nemo male viuere suaderet. cum in natura posse et in potestate habez velle non consentire suadenti deo iuuãte. z est gloriosius non consentire quaz temptari non posse.

Quare deus creauit quos presciebat malos futuros.

Mouentur etiã quidam dicẽtes cur creauit deus quos futuros malos presciebat. quia preuidit quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim eos fecit vt relinqueret eis vnde aliquid facerent. et si culpabiliter aliquid facerent/ illum de se laudabiliter aliquid operantem inuenirent. A se habent voluntatem malam/ ab illa naturam bonam/ et iustam penam. Frustra ergo dicitur. non deberet deus creare quos ꝓsciebat malos futuros. Sciebat enim bonos profuturos. et iuste pro mala voluntate puniẽdos. Addunt etiam talem hominez deberet facere qui nollet omnino peccare Concedimus quidem meliorem naturam esse que omnino peccare nollet. Concedant et ipse non esse malam que talis facta est vt posset ñ peccare si vellet/ et iuste punitam que voluntate nõ necessitate peccauit. Cum ergo hec bona sit/ illa melior/ cur non vtramqz faceret vt vberius laudaretur de vtraqz. Illa enim de sanctis angelis. hec de hominibus est. Item inquiunt. Si deus vellet et illi boni essent Et hoc quidem concedimus. sed melius voluit ut quod vellent essent. Et boni quidem non infructuose. mali vero non impune essent Item inquiunt. Posset deus voluntatem eorum vertere in bonum. qz omnipotens est Posset reuera cur non fecit Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Non debemus plus sapere quam oportet sapere.

Hic qualis secundum animaz et agit de scientia hominis ante peccatum.

Et quidez secundum animam rationalis fuit homo habens discretionem boni et mali. Scientiam quoqz rerum creatarum et cognitionem veritatis/que prime perfectioni congruebat mox conditus non incõgrue accepisse putatur. et ad illam nõ studio vel disciplina aliqua per interualla temporis profecisse/sed ab exordio sue conditionis diuinitus illam percepisse.

Qz triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem scilicz rerum propter se factarum et creatoris. et sui.

Fuitqz homo primo ante lapsum triplici cognitione preditus/rerum scz ppter se factarum. et creatoris et sui. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse perspicuum est/cum non ipse creator vel angelus aliquis sz homo omnibus animantibus nomina ĩposuerit/vt ostenderetur q̃ singulorum noticiam homo ipse habuerit. Que em̃ propter illum creata erant/z ab illo regenda z disponenda erant horum omnium deus illi. et scientiam tribuit. et puidentiam atqz curam reliquit. Quia vt ait apostolus nõ est cura deo de bobus. Quorum aliorumqz animaliũ deus homini curam reliquit et puidentiam vt dominationi eius subiecerentur et ratione illius gubernantur/vt scirz illis necessaria puidere a quibus emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando nõ perdidit sicut nec illam qua carnis necessaria prouidentur. Et idcirco in scriptura homo de huiusmodi non eruditur sed de scientia anime quam peccando amisit.

De cognitione creatoris.

Cognitionẽ quoqz creatoris primus homo habuisse creditur. Cognouit enim a quo creat' fuerat/non eo modo cognoscendi quo ex auditu solo percipitur quomodo a credentibus absens queritur/sed quadã interiori aspiratione qua dei presentiã pcemplabatur non tamen ita excellenter sicut post hanc vitã sancti visuri sũt neqz ita in enigmate qualiter in hac vita videmus.

De sui cognitione.

Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur/vt et quid deberet superiori/et quid equali et inferiori non ignoraret. Conditionem quoqz suam et ordinem scz qualis factus esset et qualiter incedere deberet. quid agere/quid cauere intellexit. Si horum noticiam nõ habuisset nõ esset reus preuaricationis. neqz seipsum cognouisset.

Utrum homo prescius fuerit eorum que sibi futuri erant.

Si autem queritur vtrum homo scientiam habuerit eorum que circa eoz futura erant. i. si ruinam suam prescuerit. et similiter prescierit bona que habiturus fuisset si in obedientia perstitisset responderi põt q̃ ei magis facienda indicta sunt quam futura reuelata. Accepit em̃ scientiam et precptum eorum que facienda fuerant. sed non habuit prescientiam eorũ que futura erant. Non fuit ergo homo prescius sui casus. sic et de angelo dixi mus. Quod aug'. super genes. asserit ratione vtẽs quã supra posuimus Nec de scientia hominis quantũ ad primuz statum pertinet dixisse sufficiant.

Rñsio quare dz non habẽ futuroz prescietiam.

De gratia hominis ⁊ potẽtia ante casum.

DI. XXIIII

Nunc diligenter inuestigari oportet quam gratiaz vel potentiam habuerit homo ante casum. Et vterum per eam potuerit stare vel non. Sciendum est ergo ꝙ homini in creatione sicut de ãgelis diximus datum esse per gratiaz auxilium et collata potentia per quaz poterat stare. id est non ꝺclinare ab eo quod acceperat. sed non poterat proficere in tantum vt per gratiam creatoris sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratie creationis resistere malo. sed non perficere bonum. Poterat tamẽ per illud bene viuere quodãmõ qꝛ poterat viuẽ sine peccato. sꝫ nõ poterat sine alio gratie adiutorio spiritualiter viuere quo vitam mereretur eternam. Vñ augustinus in encheridion. Sic factus est homo rectꝰ vt et manere in ea rectitudine posset nõ sine diuino adiutorio ⁊ suo fieri peruersus arbitrio vtrum libet horum elegissꝫ dei voluntas fieret vel ab illo vel de illo. Et quia suaz maluit facere voluntatem q̃ꝫ dei/de illo facta est voluntas dei Itẽ in eodez. Sic hominez prius oportebat fieri/vt et bene posset velle et male. Nec frustra si bene. nec ĩpune si male Augustinus quoqꝫ in libro de correctione et gratia ait. Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset/quomodo non talis natura facta erat vt sine diuino auxilio posset manere si vellet. nõ vtiqꝫ sua culpa cecidisset. defuisset quippe adiutorium sine quo manere non posset. Idem Dederat deus homini bonam voluntatem. in illa quippe eum fecerat rectum dederat adiutorium sine quo non possꝫ in ea manere si vellet. et per quod posset. vt autem hoc vellet in eius dimisit arbitrio. In eodem. Acceperat posse si vellet. sed non habuit velle quo possꝫ Nam si habuisset/ perseuerasset. His testimonijs euidenter monstratur ꝙ homo rectitudinem et bonam voluntatem in creatione accepit/atqꝫ auxiliuz quo stare poterat. alioquin nõ sua culpa videretur cecidisse.

Qualis fuerat illa rectitudo et bonitas voluntatis in qua creatus est.

Sed quomodo ractam et bonam voluntatez habuit homo si per eam nec mireri vitam valuit nec ea stare voluit. Quia nec aliquid mali ea tunc volebat. et ad tempus stare voluit. sed nõ perseueranter. ⁊ ideo recta ⁊ bona fuit tunc volũtas hominis

Oppositio contra illud quod dictum est hominẽ non potuisse proficere.

Ad hoc autem ꝙ diximus hominem non potuisse proficere vel mereri per gratiam creationis solet opponi sic. Per illud auxiliũ gratie creationis potuit stare in bono qꝺ acceperat. Potuit ergo resistere temptationi. Sed resistere temptationibꝰ atqꝫ suggestionibus malis meritum est ac bonum remunerabile. Omne autez bonum meritum ꝓfectus est. Per gratiã ergo creationis ꝓficere potuit sine adiectõne alterius gratie. Ad quod dicimus quia resistere malo et non cõsentire temptationi non fecisset illi meritum. et si non cõsensisset. quia nichil in eo erat qꝺ ad malum impelleret. sicut angelis qui non ceciderunt non fuit meritum ꝙ steterunt. i. ꝙ non corruerunt Nobis autem merituz est aliquando si malum non facimus sed resistimus. ibi dumtaxat vbi causa subest que nos id facere mouet. quia ex peccati corrupte la proni sunt ad lapsum gressus nostri Vbi autem non interuenit causa nos

Q̃ resistẽ malo aliqñ meritũ est aliqñ ñ.

ad maluz impellens/nõ meremur/si ab eo declinamus. Declinare enim a malo semper vitat penam/sed non semper meretur palmam.

De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat.

Hic consideran dum est quale fuerit illud adiutorium homini datuz in creatione quo poterat manere si vellet. Illud vtiqz fuit libertas arbitrij ab omni labe et corrupte/la immunis. atqz voluntatis rectitudo et omnium naturalium potentiarum a/nime sinceritas atqz viuacitas.

De libero arbitrio.

Liberũ vero arbitrium est facultas rationis et volun/tatis qua bonum eligitur gratia assistẽte vel malum eadem desistente. Et dicitur liberum quantuz ad voluntatem q̃ ad vtrumlibet flecti potest. Arbitriuz vero quantum ad rationem cuius est facultas vel potentia illa cuius etiam est et discernere inter bonum et maluz Et aliquando quidez discretionem habẽs boni et mali. quod malum est elegit. aliquando vero quod bonum est. Sed qõ bonum est nisi gratia adiuta/non eligit. malum vero per se eligit. Est em̃ in anima rationali voluntas naturalis qua naturaliter vult bonuz/licet tenuiter et exiliter nisi gratia iuuet que ad/ueniens iuuat eam et erigit/vt efficaciter velit bonum. Per se autem potest velle malum efficaciter. Illa ergo ratõnalis anime potentia qua bonũ vel malum potest velle vtrumqz discernens liberum arbitrium nuncupatur/quod bruta animalia non habent. quia ratione careant. habent tamen sensuz et appetitum sensualitatis.

De sensualitate.

Est enim sensualitas quedaz vis anime inferior ex qua est motus qui intenditur in corporis sẽsus atqz appetitus rerum ad corpus p/tinentium Ratio vero vis anime est superior que vt ita dicamus duas habet partes vel differentias superiorem/et inferiorem. Secundum superiorem supernis conspiciendis vel psulendis intendit. Secundum inferiorem ad tẽporalium dispositionem prospicit. Quid quid ergo in anima nostra nobis psiderantibus occurrit qõ non sit commune cum bestijs ad rationem pertinet. Qõ autem in ea reperis cõmune cuz beluis ad sensualitatem pertinet. Et vbi no/bis gradatim in psideratione partium anime pgredientibus primum aliquid occurrit quod non est cõmune cum be/stijs/ibi incipit ratio. Hoc autem aug docet in duodecimo libro de trinitate ita dicens. Videamus vbi sit quasi qõdam hominis exterioris interioriscz cõfinium. Quidquid enim habemus in animo cõmune cum pecore. recte dicitur ad exteriorem hominem ptinere. Non em̃ solum corpus exterior homo deputabitur. sed adiuncta quadem vita sua qua compages corporis et omnes sen/sus vigent. quibus instructus est ad exteriora sentienda. Ascẽdentibus ergo introrsum quibusdam gradibus psideratione per anime partes vbi incipit aliquid occurrere quod nõ sit nobis cõmune cum bestijs ibi incipit ratio/vbi homo interior iam possit agnosci. Rationis autem pars superior eternis ra/tionibus pspiciendis vel consulendis adherescit. Porro inferior ad temporalia gubernãda deflectitur. Et illa rationis intentio qua pstemplamur eterna/sapiẽtia deputatur. Illa vero qua bene vtimur rebus temporalibus sciẽtie deputatur. Cũ vero disserimus de natura mentis humane/de vna quadã re disserimus nec eam in hec duo commorauimus/nisi per officia geminam? Carnalis autem vel sensualis anime

De ratione q̃ habet duas p tes quantũ ad officia.

motus qui in corporis sensus intendit nobis pecoribusq; cōmunis est. qui seclusus est a ratione sapientie. rationi autem scientie vicinus est.

¶Q; talis est ordo peccandi vel cadendi in nobis qualis fuit ī primis hominibus.

Illudquoq; pretermittendum non est q; talis nunc in vno homine temptationis est ordo et ꝓgressio qualis tunc in primis precessit parentibus. Ut etenim tunc serpens malum suasit mulieri. ipsaq; consensit. deinde viro suo dedit. Sicq; consummatum est peccatum. ita ⁊ nunc in nob pro serpente est sensualis motus anime pro muliere inferior portio rationis. ꝓ viro superior rationis portio. Et hic ē vir qui secundum apostolum dicit imago et gloria dei. et illa est mulier que secundum eundem dicitur gloria viri. Atq; inter hunc virum et hanc mulierē est velud quoddam spirituale coniugium naturalisq; contractus/ quo superior rationis portio quasi vir debz prees se et dominari. Inferior vero quasi mulier debet subesse et obedire. Ideo vir secundum apostolum non debet habere velamen sed mulier. Et sicut in cūctis animalibus non est repertum homini adiutoriū simile sibi. sed de illo sūptum q; ei formaretur in coniugium. ita in partibus anime quas cuz pecoribus habemus communes. nullum menti nostre simile est adiutorium. Unde augustinus in eodem. Illud nostruz in actione temporalium tractandorum ita versatur vt non sit in nobis commune tu pecore rationale est quidem. sed ex illa rationali mente qua subberemus intelligibili et incōmutabili veritati tamq; ductum et inferioribus tractandis gubernandisq; deputatum est. Sicut em̄ in omnibus pecoribus non est inuentū viro adiutoriū simile illi/ nisi de illo ō tractum in cōiugiū formaretur. ita mēti nostre qua supernam consulimus veritatem. nullum est ad vsum rerum temporalium quantum nature hominis sat est simile adiutorium ex anime partib' quas communes cum pecoribus habemus. Ideoq; rationale nostrum nō ad vnitatis diuortium seperatum/ sed in auxilium societatis quasi deriuatuz in suo dispertitur officio. Et sicut vna caro est duorum in masculo et in femina. sic intellectum nostrum et actionem siue rationem et appetitum rationalem. vel si aliquo modo significantius dici possunt vna mentis natura complectitur/ vt sicut de illis dictum est erunt duo in carne vna. sic de his dici possit duo in mente vna. Ecce ex his aperte intelligi potest qualiter in anima hominis existat imago illius coniugij ⁊ qualiter ī singulis nostrum spūaliter sint illa tria scz vir. mulier. serpens.

Q; in nobis ē vir ⁊ mulier ⁊ serpēs et qūo

¶Qualiter per illa tria in nob consumetur temptatio.

Nunc superest ostendere quomodo per hec tria in nob consumetur peccatum. vbi agnosci poterit si diligenter intendatur quid sit ī anima mortale vel veniale peccatum. Ut enim ibi serpens sua sit mulieri. et mulier viro. Itaq; et in nobis sensualis motus cum illecebram peccati cōceperit/ quasi serpens suggerit mulieri. scz inferiori parti rationis. i. rationi scientie/ que si consenserit illecebre mulier edit cibum vetitum Post de eodē dat viro cū superiori parti rationis. i. rationi sapientie eandem illecebrā suggerit/ quasi consentit/ tunc vir etiaz cū femina cibum vetitum gustat. Si ergo in motu sensuali tantum peccati illecebra teneatur veniale ac leuissimum est peccatum.

¶Quando mulier sola manducat cibum vetitum.

Si vero iferior

pars rationis ꝓsenserit / ita vt sola co/ gitatōnis delectatione / sine volūtate p ficiendi teneat mulier sola manducauit non vir. cuius autoritate cohibetur vo luntas. ne ad opus vsq; peruenīat. Si vero adsit plena voluntas perficiendi / vt si assit facultas ad effectum perduca tur vir quoq; manducat. quia superior pars rōnis illecebre consensit. ⁊ tunc ē damnabile et graue peccatū. Quando autem mulier sine viro gustat. aliquan do est mortale. aliqn̄ veniale peccatuz Ut enim dictū est tunc mulier sine viro gustat / cū ita delectatione cogitationis peccatum tenet / vt faciendum non de cernatur. vel cum quidam terminus et mensura peccato adhibet a viro vt nō liceat mulieri effrenat a libertate ī pec catum progredi.

¶An est mortale peccatuz in gustu mulie / ris discerne a liqn̄ mortale aliqn̄ veniale peccatum.

¶Repetit quādo mulier sine viro gustat vbi ostendit qn̄ ve/ niale ⁊ qn̄ mortale est.

Si vero peccatū

non diu teneatur delectatione cogitatō nis. sed statim vt mulierem tetigit / vi ri autoritate repellat veniale ē. Si vo diu in delectatōne cogitationis teneat ⁊ si voluntas perficiendi desit / mortale est. et pro eo damnabitur simul vir et mulier. i. totus homo. quia et tunc vir non sicut debuit / mulierem cohibuit. vnde potest dici ꝓsensisse.

¶Repeticio summā pstringens

Itaq; vt breui

ter summam prestringam / quando pec catum ita in anime ꝓcipit vt illud face re disponat. vel etiam perficiat. aliud frequenter. aliud semel. vel etiam quā do delectatione cogitationis diu tenea tur mortale est. Cum vero in sensuali motu tantum est vt predixīmus. tunc leuissimum est. quia ratio tunc non de/ lectatur. Ideo aūt supra dixi aliud fre quenter / aliud semel. quia quedaz sūt que si tantum semel fiant / vel facienda disponantur. damnant. quedam vero non nisi sepius fiant. vel facienda de/ cernantur / vt de ocioso verbo et huius modi. Nec aug. in. xij. libro de trini. tradit ita. Sicut in illo ꝓiugio prioruz hominuz serpens manducandū persua sit. Mulier autem nō manducauit so/ la ꝑ viro suo dedit ⁊ simul manducaue rūt. Ita et in quodam secreto ꝓiugio quod in vno homine geritur et dinosci tur cuz rationi scientie que in rebus tē poralibus agendi ratiocinandi viuaci/ tate versatur animalis sensus ingerit quandam illecebram tunc velut serpēs alloquitur feminam Quic autez illece bre consentire de ligno vetito est edere Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est. Superiori vero autoritate ita retinentur membra vt non exhibeantur arma iniquitatis peccato sic habendum estimo. velut li/ gnum vetitum mulier sola comederit. Si autem in consensu illo ita decerni/ tur quoq; peccatum. vbi si sit potestas etiam opere impleatur. intelligenda ē mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neq; enim potest pec catum non solum cogitandum suauiter verum etiam perpetranduz efficaciter mente decerni. nisi et illa mentis inten tio. penes quaz summa potestas est mē bra in opus mouendi vel ab opere cohi bendi male actioni cedat.

¶Aucte aug. ita esse confir mat.

¶Utruz sit mortale quod in so la delectatione tenetur cogita/ tionis.

Nec sane cū sola

cogitatione mens oblectat illicitis. nō ꝗdez decernens esse facienda tenens tñ ⁊ volēs libenter / q̄ statim vt attigerint animū respui debuerunt negandu est

esse peccatum. sed longe minus quaz si et ope statuatur implendum. Et ideo de talibus quoqz cogitationibus venia petenda est pectusqz percuciendum ⁊ dicendum. Dimitte nobis debita nostra Neqz enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisqz portabat. Et ideo si sola mulier cibuz edisset illicitum. sola vtiqz mortis supplicio plecteretur. ita dici potest in homine vno. si delectationibus illicitis a quibus continuo se deberet auertere cogitatio libenter sola pascatur nec facienda decernantur mala. sed tamen suauiter in recordatione teneantur quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hec quippe vna persona ē vnus homo est totusqz damnabitur / nisi hec que sine voluntate operādi. sed tamen cum voluntate animi talibus oblectandi solius cogitationis sentiūtur esse peccata per mediatoris gratiam remittant. Idemq̄z in libro contra manicheos de hoc eodez sic ait apostolus dicens. Secundū principez potestatis aeris huius spūs qui nunc operatur in filijs diffidentie. Nunquit ergo visibiliter eis apparet aut quasi corporeis locis accedit ad eos ⁊ operatur. Sed miris modis per cogitationē suggerit q̄d quid potest. quibus suggestionibus resistendum est. non em̄ ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad iudam quando ei persuasit vt dominuz traderet. Nunq̄t in locis / aut per hos oculos ei visus est. Sed vtiqz vt dictuz est in cor eius intrauit. Repellit aūt illum homo si paradisū mentis custodiat Posuit enim hominez deus in paradiso vt oparetur ⁊ custodiret. quia sic ecclesie dicit in canticis canticorum. Ortus ꝯclusus fons signatus. quo vtiqz ñ admittitur peruersitatis ille persuasor sed tamen per mulierem decepit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest / nisi cum delectatio mota fuerit in illa ꝑte animi / q̄ debet obtempare rationi tamquā rectori viro. Etiam in vnoquoqz nostruz nichil aliud agitur. cum ad peccatum q̄sqz delabitur / q̄z tunc actum est in illis tribus serpente / muliere / ⁊ viro. Naz p̄mo fit suggestio siue ꝑ cogitationem siue per sensus corpis vel videndo vel tangendo vel audiendo vel gustando vel olfaciendo. Que suggestio cum facta fuerit / si cupiditas nostra non moueatur ad peccandum excluditur serpentis astutia. Si autem mota fuerit quasi iam mulieri persuasum erit. sed aliquando ratio viriliter etiam commotā cupiditatem refrenat ⁊ compescit Qd cum fit non labimur in peccatum. ꝑ cū aliquāta luctatione coronamur. Si autem ratio ꝯsentiat. et quod libido commouerit / faciendū esse decernat ab omni beata vita tamquam de paradiso expellitur homo Jam enim peccatum imputatur etiam si non subsequatur factū quando rea tenetur in consensione conscientia.

Quare hec de anime partibus dixit.

Hec de aīe partibus interseruimus / vt ipsius anime natura plenius cognosceretur. ⁊ secundū quam sui portionem in ea sit liberuz arbitrium intelligatur scz secundum ratōnem quo omne peccatū mortale gerit sed nō omne veniale. illud scz quod in solo motu sensualitatis existit.

Q̄ sensualitas sepe in scriptura aliter quaz supra accipitur scz vt etiam inferior rōis portio eius noīe intelligatur.

Non est autez silentio pretereundum q̄ sepe in scriptura nomine sensualitatis / non id solum in anima qd est nobis commune cuz pecore / sed etiam inferior portio rōnis q̄ tempalium dispositioni intendit / intelligitur. Quod diligens lector in locis

scripture vbi de ipsa fit mentio vigilanter annotet.

¶ Redit ad liberi arbitrij considerationem.

¶ Di. XXV.

Iam vero ad propositum redeamus scilicet ad liberi arbitrij tractatuz. Qz philosophi diffinientes dixerunt liberum de voluntate iudicium. quia potestas ipsa et habilitas voluntatis z rationis quod supra diximus esse liberuz arbitrium. libera est ad vtrumlibet / qz libere potest moueri ad hoc vel ad illd. Liberum ergo dicitur arbitrium quantum ad voluntatem / quia voluntarie moueri et spontaneo appetitu ferri potest ad ea que bona vel mala iudicat / vel iudicare valet.

¶ Q liberum arbitriuz non pertinet nisi ad futuz / nec ad omne futurum.

Hoc autem sciendum est q liberum arbitriuz ad psens vel ad preteritū non refertur / ꝗ ad futura ptingentia. Quod enim in presenti est / determinatum est. nec in potestate nostra est / vt tunc sit vel non sit quando non est. potest enim vel non esse vel aliud esse postea. sed potest non esse dū est vel aliud esse duz. i. quod est. sed in futuro an hoc sit vel illud ad potestatē liberi arbitrij spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrij veniunt. sed ea tantum que per liberū arbitrium possunt fieri vel non fieri Si quis enim tale quid velit ac disponat facere quod in eius nullatenus sit potestate. vel quia sine ipsius dispositione eque fieret / in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

¶ Q suprapposita descriptio liberi arbitrij non cōuenit deo nec his qui glorificati sunt.

Et quidam secūdum predictam assignationem in his tātum videtur esse liberum arbitriū qui voluntatez mutare et in ptraria possūt deflectere. In quoz videlicet potestate est eligere bonum vel malum et vtrū libet secundum electōnem facere vel dimittere. Pcōm q nec in deo nec in his omnibus qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati. vt iam peccare nequeāt libez arbitrium esse nequit. Sed q de ius liberum arbitriū. habeat augustin docet in libro. xxij. de ciuitate dei ita inquiens. Certe deus ipse. nunqt qm peccare non pōt ideo liberū arbitrium habere negandus est. Ambrosius quoqz in libro de trinitate ait. Paulus dicit qz omnia operatur vnus atqz idem spūs diuidens singulis put vult. i. pro libere voluntatis arbitrio / non pro necessitatis obsequio.

¶ Q in deo sit libez arbitriū.

¶ Qualiter in deo accipitur liberum arbitrium.

Bz aliter accipit liberum arbitrium in creatore quā in creaturis. Dei etenim liberum arbitrium dicitur eius sapientissima et omnipotens voluntas / que non necessitate ꝗ libera bonitate omnia facit put vult Ideoqz hieronimus attendens non ita esse liberum arbitriū in deo sicut est in creaturis / ab ipso videtur liberū arbitrium excludere in omelia quadaz de filio prodigo dicens Solus deus est in quem peccatum non cadit. nec cadere potest. Cetera cuz sint liberi arbitrij in vtramqz partem flecti possunt. Dū ait cetera indicat libez arbitrium sicut est in ceteris non ita esse in deo.

¶ Q angeli z sancti qui iaz beati sunt habent libez arbitium.

Angeli vero ⁊ sancti qui iam cuꝫ domino feliciter viuunt atqꝫ ita gratia beatitudinis confirmati sunt / vt ad malum flecti non velint / nec possint libero arbitrio non carent. Unde augustinus in libro. xxij. de ciuitate dei ait. Sicut p̄ma immortalitas fuit quā peccando adam ꝑdidit / posse nō mori. ita p̄mum liberū arbitrium posse non peccare. nouissimum non posse peccare. Idez in encheridion. Sic oportebat prius hominem fieri vt bene velle posset / et male. Postea vero sic erit vt male velle non possit. nec ideo carebit libero arbitrio.

Qꝫ liberius erit arbitriū quando peccare non poterit.

Multo quippe liberius erit arbitrium qꝫ omnino nō poterit seruire peccato. neqꝫ aut volūtas non est / aut libera dicenda non est. qua beati esse sic volumus. vt esse miseri ñ solum nolimus. sed nequaquā prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nr̄a nunc habet nolle infelicitatem / ita nolle iniquitatē semper habitura est. Sed ordo seruandus fuit quo deus noluit ostendere q̄ꝫ bonum sit aīal rōnale qꝫ etiam peccare possit. quamuis sit melius qꝫ peccare non possit. Ecce his verbis euidenter astruitur / qꝫ post beatitudīs ꝯfirmationem erit in homine liberum arbitrium quo peccare non poterit / et nunc in angelis est et in sanctis qui cum dño sunt. et tanto vtiqꝫ liberius quanto a peccato immunius et ad bonum ꝓnius. Quo enim quisqꝫ ab illa seruitute de qua scriptum est. Qui facit peccatum seruus est peccati longius absistit tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Unde si diligenter inspiciatur / liberum videtur dici arbitrium quia sine coactione et necessitate valet appetere vel eligere quod ex ratione decreuerit.

Euidēs ⁊ sufficiēs ratio q̄re dicat̄ esse liberꝫ arbitrium.

De libertatis arbitrij differentia scdm diuersa tempora.

Ex predictis perspicuum fit qꝫ maior fuit libertas arbitrij prima quā secunda. ⁊ tercia multo maior q̄ꝫ secuuda vel p̄ma. Prima em̄ libertas arbitrij fuit in qua poterat peccare / ⁊ non peccare. Ultima vero erit in qua poterit non peccare. et non peccare poterit. Media vero in qua pōt peccare ⁊ non potest non peccare. ante reparationem etiaꝫ mortaliter. post reparationem vero saltem venialiter.

De quatuor statibus liberi arbitrij.

Et possunt in homine notari quatuor status liberi arbitrij. Ante peccatum em̄ ad bonū nil impediebat / ad malū nil impellebat. Nō habuit infirmitatem ad malum / et habuit adiutorium ad bonū. Tunc sine errore ratio iudicare ⁊ voluntas sine difficultate bonū appetere poterat. Post peccatum vero ante reparationem gratie premit̄ a cōcupiscentia et vincitur. et habet infirmitatez in malo / sed non habet gratiam in bono. ⁊ ideo pōt peccare / ⁊ non potest non peccare etiā dānabiliter. Post reparationez vero ante ꝯfirmationem premitur a cōcupiscentia / sed non vincitur. ⁊ habet quidez infirmitatem in malo. sed gratiam in bono / vt possit peccare ꝓpter libertatem ⁊ infirmitatem / ⁊ possit nō peccare ad mortem / ꝓpter libertatem et gratiam adiuuantem. nondum tamē habet posse omnino non peccare / vel non posse peccare ꝓpter infirmitatem nondum perfecte absorptam. et ꝓpter gratiam nondum plene ꝯsumataꝫ. Post confirmationem vero infirmitate penitus cōsumpta ⁊ gratia ꝯfirmata. nec vinci poterit nec premi. et tunc habebit nō posse peccare.

De corruptõne liberi arbitrij per peccatum

Unde manifestuz est / q̃ pret̃ alias penalitates ꝓ peccato illo incurrit homo penam in corruptione et depressione liberi arbitrij per illud nanq̃ peccatum naturalia bona in ipso homine corrupta sunt. gratuita detracta. Hic est enim ille qui a latronibus vulneratus est et spoliatus Vulneratus quidã in naturalibus bonis q̃bus non est priuatus. alioquin nõ posset fieri reparatio. Spoliatus vero gratuitis que per gratiam naturalibus addita fuerat. hec sũt data optima et dona pfecta. Quoꝝ alia sunt corrupta per peccatum. i. naturalia. vt ingeniuz memoria / intellectus. alia subtracta id est gratuita. quanquã et naturalia ex gratia sint. Ad generalem dei quippe gratiam pertinet. sepe tamen huiusmodi fit distinctio cum gratie vocabulum ad speciem non ad genus refertur Corrupta est ergo libertas arbitrij per peccatum et ex parte perdita. Unde aug̃ in encheridi. libero arbitrio male vtẽs homo et se perdidit / ⁊ ipsum. Cum em̃ libero arbitrio peccaretur victore peccato amissum est et liberum arbitrium A quo enim quis deuictus est. huic seruus addictus est. Ecce liberum arbitrium dicit hominẽ amisisse. non q̃a post peccatum non habuerit liberum arbitrium. sed quia libertatem arbitrij ꝑdidit / non quidem omnem / sed libertatem a miseria et a peccato.

De tribus modis libertatis arbitrij.

Est namq̃ libertas triplex scz a necessitate. a peccato a miseria. A necessitate et ante peccatum et post eque liberum est arbitriuz Sicut enim tunc cogi non poterat / ita nec modo. Ideoq̃ voluntas merito apud deum iudicatur / que semper a necessitate libera est / et nũquam cogi potest. vbi necessitas ibi non est libertas. vbi non est libertas nec voluntas / et iõ nec meritum. hec libertas in omnibus est tam in malis quam in bonis. Est et alia libertas a peccato scz de qua dicit apostolus. Ubi spiritus domini ibi libertas. Et veritas in euangelio. Si filius vos liberauerit / vere liberi eritis hec libertas a seruitute peccati liberat et seruos iusticie facit. sicut econuerso seruitus peccati liberos iusticie facit. vnde aplus Liberati a peccato serui facti estis iusticie. Et item. Cuz serui essetis peccati liberi fuistis iusticie. Hãc libertatem peccando homo amisit. Iõq̃ aug̃. dicit q̃ homo male vtens libero atbitrio ⁊ se perdidit et ip̃m. quia ꝑdita est per peccatum libertas. non a necessitate sz a peccato. Qui em̃ facit peccatum seruus est peccati.

Qui habent hanc libertatem scz a peccato ⁊ per quid de libertate a necessitate.

Istam libertatẽ que est a peccato illi soli nunc habent quos filius per gr̃am liberat ⁊ reparat nõ ita q̃ penitus sint sine peccato ĩ hac mortali carne. sed vt in eis peccatũ nõ dñetur neq̃ regnet. Et hec est vera et bona libertas que bonam parit seruitutez scz iusticie Unde aug̃ in encheridi. ait. Ad iusticiam faciendam non erit aliquis liber / nisi a peccato liberatus esse iusticie ceperit seruus. et ipsa est vere libertas ꝓpter recti facti leticiam. simul et pia seruitus. ꝓpter p̃cepti obedientiam. Est alia libertas nõ vera male seruituti adiuncta que est ad malum faciendum vbi ratio dissentit / a voluntate iudicans non esse faciendum quod voluntas appetit. Ad bonum vero faciendũ ꝯcordat ratio volũtati. ⁊ ido ibi vera libertas est et pia. De libertate

autem ad malum et seruitute mala ait aug. in encheridion Serui addidi que potest esse libertas nisi quando eus peccare dilectat. Liberaliter em̃ seruit q̃ sui domini voluntatez libenter facit. ac per hoc ad peccandum liber est. q̃ peccati seruus est.

Questio de libertate ad malus an sit ipsa libertas libezi arbitrij an alia.

Hic queri potest vtrum hec libertas qua quis liber est ad malum sit libertas arbitrij. Si enim libertas arbitrij est / bonum quidem est qz libertas arbitrij bonũ naturale est. Quibusdam videtur q̃ sit ipsa libertas arbitrij / q̃ semper bona est. sz ꝓpter peccati seruitutem ad malũ sit liberior et ꝓnior. ⁊ ideo dicitur non esse vera libertas. qz ad malum est. Alijs autem videt q̃ hec libertas ad malum quam supra cõmemorauit augustinus nõ sit ipsa libertas arbitrij. sed sit quedam ꝓnitas peccandi et curuitas que ex peccato est et mala est.

Questio alia de libtate ad bonum an ipsa sit libertas arbitrij an non.

Similiter etiaz queri solet. vtrũ illa libertas vera que est ad iusticiam faciendam sit ipsa libertas arbitrij. Quidam dicunt illam eandem esse / ꝑ reparatam per gratiaz qua iuuante libera est ad bonum. sine gratia vero non est libera ad bonum Unde augustinus in encheridion. Ista libertas ad bene faciendum vnde erit homini addicto et vẽdito sub peccato nisi eũ redimat qui dicit. Si filius vos liberauerit / vere liberi eritis. Quod anteq̃ fieri in homine incipiat quomodo quisquam de libero arbitrio gloriatur qui nondum est liber ad opandum bene Ecce aperte ostendit liberum arbitriuz ꝑ gratiam liberari / vt per illud bene operetur quis. Ideoqz dicunt illã libertatem veram que ẽ ad bene faciendum Cuius supra meminit aug. esse libertatem ipsam arbitrij / gratia dei liberatam et adiutam. Alij vero putant nõ esse ipsam arbitrij libertatẽ / sed aliam quandam que ex gratia et libero arbitrio in mente hominis deo operante incipit esse cum reparatus est.

Certa determinatio vtriusqz questionis qua dicitur libertas ad bonum et ad malum esse libertas arbitrij.

Verum nobis magis placet / vt ipsa libertas arbitrij sit et illa qua q̃s liber est ad malum / et illa qua quis liber est ad bonuz faciendum. Ex causis em̃ varijs sortitur diuersa vocabula. Dicitur em̃ libertas ad malũ faciendum anteq̃z per gratiaz sit reparata. ꝑ cum per gratiam fuerit reparata dicit̃ libertas ad bonum faciendũ. quia ante gratiam libera est voluntas ad malũ. per gratiaz vero libera sit ad bonum. Semp ergo voluntas hominis aliquo modo libera est / ꝑ non semper bona est. Non enim est bona nisi a peccato liberata / est tamen a necessitate libera. Unde aug in libro de gratia et libero arbitrio. Semper in nobis voluntas libera est. sed non semper bona est. Aut enim libera est iusticie quãdo seruit peccato tunc est mala. aut a peccato libera est quãdo seruit iusticie et tunc est bona.

De libertate a miseria.

Est iterum libertas a miseria de qua apostolus ait. Et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. hanc libertatez habuit homo ante

peccatum. quia omni carebat miseria et nulla tãgebatur molestia. et plenius habebit in futura beatitudie vbi miser esse non poterit. Sed in hac vita que ē inter primum peccatum et vltimam cõfirmationem nemo a miseria liber est. quia pena peccati non caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrij. vt addat alia.

Ex predictis apparet in quo per peccatum sit imminutum vel corruptum liberum arbitrium quia ante peccatum nulla erat hominis difficultas/ nullumq; impedimentũ de lege mẽbrorum ad bonum. nulla impulsio vel instigatio ad malum. Nunc autẽ per legem carnis ad bonum impediret et malum instigatur. vt non possit velle et pficere bonum nisi per gratiam liberetur et adiuuetur. qz ait apostolus peccatum habitat in carne. Liberuz ergo arbitrium cuz semper et in singulis sit liberum. non est tamen pariter libez in bonis z in malis/ z ad bona z ad mala. Liberius enim est in bonis vbi liberatum est quaz in malis vbi liberatum nõ est Et liberius est ad malum quod p se potest quam ad bonuz quod nisi gratia liberetur et adiuuetur non potest.

De libertate que fit ex gratia z que ex natura.

Libertas ergo a peccato et a miseria per gratiam est. libertas vero a necessitate per naturam vtramq; libertatem nature scz et gratie. notat apostolus cum ex persona hominis non redempti ait. Velle adiacet michi/ perficere autem non inuenio. Ac si diceret/ habeo libertatem naturę/ sed non habeo libertatem gratie. Ideo non est apud me pfectio boni.

Quid non possit per se hominis voluntas/ z quid p gratiã

Nam voluntas hominis quam naturaliter habet. non valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel opere implendum/ nisi per gratiam liberetur et adiuuetur. Liberet quidem vt velit. et adiuuetur vt perficiat. Quia vt ait apostolus. Non ē volentis velle neq; currentis currere. id est operari/ sed miserentis dei qui operat in nobis velle et operari bona cui gratiam non aduocat hominis voluntas vel operatio/ sed ipsa gratia voluntatem preuenit. preparando vt velit bonum. et preparatam adiuuat vt perficiat.

De gratia operante et cooperante.

Hec est gratia operans et cooperans. Operans enim gratia preparat hominis voluntatem vt velit bonum. Gratia cooperans adiuuat ne frustra velit Unde augustinus in libro de gratia et libro arbitrio. Cooperãdo deus in nobis perficit/ quod operando incipit. qz ipse vt velimus operatur incipiens qõ volentibus cooperat perficiens. vt ergo velimus operatur. Cum autem volumus et sic volumus vt pficiamus nobis cooperatur. tamen sine illo. vel operante vt velimus. vel coopante cum volumus bona pietatis opera nihil valemus Ecce his verbis satis aperitur. que sit operans gratia. et que cooperans. Operans em̃ gratia est que preuenit voluntatem bonam. ea em̃ liberatur et preparatur hominis voluntas vt sit bona/ bonumq; efficaciter velit. QI. XXVI.

Que sit gratia operans et que cooperans.

Cooperãs vero

gratia voluntatem iam bonaz sequitur adiuuando. Unde aug. contra iulianũ hereticum qui bonam voluntatez ex libero arbitrio tantuz esse dicebat. atqz hominẽ per liberum arbitriuz posse bonum velle ⁊ operari. sine gratia assere bat ait. Apertam de commendatione gratie apostolus sententiam ꝓtulit cuz ait. Non est volentis neqz currentis / ꝑ dei miserentis. hec si attenderes iulia / ne non extenderes contra gratiaz merita voluntatis humane. Non em̃ ideo miseretur deus alicuius quia voluit et cucurrit. sed ideo voluit et cucurrit qꝛ misertus est deus. Paratur enim voluntas hominis a deo ⁊ a domino gressus hominis diriguntur.

De perfectione iusticie.

Ideoqz cõgrue ait. Non est volentis neqz currentis. ꝑ miserentis dei. Non quia hoc sine voluntate nostra agatur / sed quia voluntas nostra nil boni agit. nisi diuinitus adiuuetur. Unde alibi apostolus ait. Non autem ego sed gratia dei mecum. Non ideo dicit quia nihil boni agebat sed quia nichil boni ageret si illa nõ adiuuaret His testimonijs aperte insinuatur quia voluntas hominis gratia dei preuenitur atqz preparatur vt fiat bona. non vt fiat voluntas. qꝛ ⁊ ante gratiam voluntas erat / sed non erat bona et recta voluntas.

Quid sit voluntas.

Aug. ad paulum.

Voluntatem ipsam augustinus in libro de duabus animabus ita diffinit Voluntas est animi motꝰ cogẽte nullo ad aliq̃d nõ admittẽdũ vl' adipiscẽdũ hec aũt vt ñ admittat malum et adipiscatur bonum preuenitur ⁊ preparatur dei gratia Unde apostolus gratiam p̃uenientez et subsequẽtem cõmendans. i. operantem ⁊ cooperantem vigilanter dixit. Non est volẽtis neqz currentis sed miserentis dei. et non econuerso nõ est miserentis dei sed volentis ⁊ currentis. Nam si vt q̃busdam placuit / quod dictum est ita accipiatur. Non est volentis neqz currentis sed mi. dei. tanquam diceretur nõ sufficit sola voluntas hominis si non sit etiam misericordia dei. Econtra dicit̃ non sufficit etiam misericordia dei si nõ sit etiam voluntas hominis. Ac ꝑ hoc si recte dictum est illud. quia id voluntas hominis sola non implet. cur non etiam a contrario recte dicitur non miserentis est dei / sed volentis et hominis / cum id misericordia dei sola nõ impleatur. Homo em̃ credere vel sperare non poterit nisi velit / nec peruenire ad palmam nisi voluntate currat. Restat ergo ut ideo ita recte dictum intelligatur vt totuz detur deo qui hominis voluntatem bonam preuenit et preparat adiuuandam et adiuuat preparatã nolentem preuenit vt velit. volentem subsequit̃ ne frustra velit Ecce his verbis et alijs premissis euidenter tradit̃ quia voluntas hoĩs prepararur et preuenitur gratia dei. vt velit bonum. et adiuuatur ne frustra velit.

Qꝛ bona voluntas comitatur gratiam.

Itaqz bona voluntas comitatur gratiam non gratia voluntatem. Unde augustinus ad bonifacium papam scribens ꝯtra pelagianos inquit. Cum fides impetrat iustificationez sicut vnicuiqz deus partitus est mensuram fidei non gratiam dei aliquid meriti precedit humani sed ipsa meretur augeri / vt aucta mereatur et perfici / voluntate comitante non ducẽte pedissequa non preuia. Ecce hic ap̃te habes q̃ gratia preuenit bone volũtatis meritum et ipsa bona volũtas pedissequa est gratie non preuia.

Que sit gratia voluntatē preueniens scilicet fides cum dilectione.

Et si diligenter intendas nichilominus tibi mōstratur q̄ sit ipsa gratia voluntatem p̄ueniens et preparans scz fides cuz dilectione. Jō q̄z augustinus in eodem tractans quomodo iustificati sumus ex fide ⁊ tamen gratis. vtrumq̄z em̄ dicit Apostolus q̄ dicit iustificati ex fide. alibi ait. Justificati gratis per gratiam. Hoc em̄ ideo dixit. ne fides ipsa superba sit ne dicat sibi si ex fide iustificati. quomodo gratis? Quod enim fides meretur cur non potius redditur quam donat. non dicat homo fidel'. q̄a cum dixerit habeo fidem vt merear iustificationem. respōdetur ei quid habes quod non accepisti. Fides enim qua iustificatus es/ gratis tibi data est. Hic aperte ostenditur q̄ fides est causa iustificationis. ⁊ ipsa et gratia et beneficium quo hominis p̄uenitur voluntas et preparatur. Unde augustinus in primo libro retractationum. Voluntas est qua ⁊ peccatur et recte viuitur. Voluntas vero ipsa nisi dei gratia liberetur a seruitute qua peccati serua facta est. et vt vita supet et adiuuetur. recte pieq̄z viui a mortalibus non potest. et hoc beneficium quo liberatur nisi eam preueniret/ iam meritis daretur. ⁊ non essz gratia que vti q̄z gratis datur. Preuenitur ergo bona hominis voluntas illo gratie beneficio quo liberaretur et preparatur. Et illud beneficiuz fides christi recte intelligitur. sicut augustinus in encheridiō euidenter ostendit dicēs. Ipsum arbitrium liberandum est post illam ruinaz a seruitute peccati. Nec omnino per se ipsum ⁊ per solam dei gratiaz que in fide x̄pi posita est liberatur. vt voluntas preparetur. Ecce aperte dicit gratiaz per quā liberatur arbitrium/ et preparatur voluntas sitam esse in fide cristi. Fides em̄ cristi vt in eodem ait imperat quod lex imperat.

Q̄ voluntas bona que preuenitur gratia quedaz dei dona preuenit.

Ipsa tamen eadem voluntas quedaz gratie dona preuenit. Unde augustinus ī encheridion Precedit bona voluntas hominis multa dei dona/ sed non omnia. que autē non precedit/ ipsa in eis est et ipsa iuuat. Nam vtrumq̄z legitur in sanctis eloquijs. et misericordia eius preuenit me. et misericordia dei subsequet' me. Nolentem quippe preuenit vt velit. volentem subsequit' ne frustra velit. Cur em̄ ammouemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie viuere nisi vt deus in eis operet'/ et velle. Jtemq̄z cur ammouemur petere vt accipiamus nisi vt ab illo fiat quod volumus/ a quo faduz est vt velimus. Inde apostolus ait. nō est volentis neq̄z currentis sed dei miserentis. Ex his apparet q̄ bona hominis voluntas quedam dona dei preuenit. quia eam commitatur gratia adiuuans et quibusdam preuenitur quia eā preuenit gratia operans scz fides cum caritate.

Que predictis videantur aduersari scz q̄ videtur dici fidem esse ex voluntate.

Non est tamē ignorandum quod alibi augustinus significare videtur q̄ ex voluntate sit fides de illo verbo apostoli. Corde creditur ad iusticiam ita super iohannez tractās Ideo non simpliciter apostolus ait creditur. sed corde creditur. quia cetera potest homo nolens credere non nisi volens intrare ecclesiam ⁊ accedere ad altare potest nolens sed nō credere. Jtē super genesim vbi laban et batuel dixerunt. Vocemus puellam et queram?

eius voluntatem/ dicit expositor qz fi/ des est voluntatis non necessitatis. Ad quod respondentes dicimus/ non hec ita accipienda fore vt ex voluntate ho/ minis fides intelligatur preuenire. cum ipsa sit ppzie dei donum vt ait apostolus. et ex ea bona hominis merita inci piant. Per hanc enim vt augustinus su/ per ps. lxvj. Justificatur impius. i. fit de impio pius. vt deinde ipsa fides in/ cipiat per dilectionem operari. vñ om/ nia bona merita incipiunt. sed potius hec ideo ita dicta sunt. quia nõ est fides nisi in eo qui vult credere cui bonaz vo/ luntatem fides preuenit non tempore sz causa et natura. Unde aug. supra con/ gruenter dixit/ q bona voluntas in eis donis est que non precedit/ et ipsa iu/ uat quia ea iuuat/ quibus preuenitur dum eis consentit ad effectum boni z in eis est. quia tempore ab eis non prece/ ditur.

Risio cuz de terminatione

¶Quedã adhuc addit que gra uiorem faciunt questionez ici licz q cogitatio boni precedit fidem.

Ceterum hanc questionem magis acuunt. et vrgent v̀ ba augustini quibus in libro de prede/ stinatione sanctorum vtitur per tractãs illud verbum apostoli. Non q sufficiẽ/ tes simus cogitare aliquid quasi ex no bis. Attendant inquit hoc. et verba ista perpendent qui putant ex nobis es se fidei ceptum/ z ex deo esse fidei sup plementum. Commendans enim istam gratiam que non datur secundum ali/ qua merita. sed efficit omnia bona me rita inquit. nõ quod sufficientes simus cogitare aliquid boni scz ex nob. Quis autez non videat prius esse cogitare q̃ credere. Nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitauerit esse credendum. Si ergo cogitare bonũ non est ex nob vt ꝗ apostolus tradit nec credere quã/ quam et ipsum credere/ nichil est aliud quam cum assensione mentis cogitare. hic videtur insinuare q cogitatio bona precedat fidem. et ita bona voluntas preuenit fidem/ nõ preueniatur quod p̃dictis aduersari videtur. Ad hoc au/ tem dicimus q aliquando cogitatio bo na siue voluntas preuenit fidez. sed nõ est illa bona volũtas vel cogitatio qua recte viuitur. Illa enim sine fide et ca/ ritate non est.

¶Determinatio.

Naz vt ait aug'. ad anastasium sine spũ non est volũtas hominis libera/ cum cupiditatibus vin catur non est libera ad bonum nisi libe rata fuerit. Non autem liberatur nisi per spiritumsanctum diffundatur cari/ tas in cordibus. nõ est libera voluntas nisi eã liberet gratia per legez fidei. i. non est libera sine fide operante per di lectionem/ et illa sufficienter bona est. non est enim fructus bonus q de carita tis radice non surgit. Si vero adsit fi/ des operans per dilectionem fit delecta tio boni.

¶De illa cogitatione boni que precedit fidem plene disserit.

Illa autem cogi tatio siue voluntas que fidem et carita/ tem aliasq̃ iustificationes precedit/ nõ sufficit ad salutem. nec recta ea viuitur hac volũtate concupiscitur illa bona voluntas que est magnum bonum. ista vero non. Alia ergo illa est voluntas siue cogitatio alia ista. Et sicut illa istã precedit ita illam preuenit intellectus. Unde augustinus ista distinguens sup illum locum psalmi. Concupiuit a. m. desi. iu. ait. Concupiuit desiderare in quit non desideraui. Uidemus enizz ra/ tione nonnunquam quam vtiles sunt iustificationes dei. sed infirmitate pre/ pediti aliquãdo nõ desideramus. Pre

Augustinus.

volat ergo intellectus sequitur tardus aut nullus affectus. Scimus bonuz nec delectat agere / et cupimus vt delectet Sic iste olim desiderare cōcupiscebat / que bona esse cernebat cupiens eorum habere delectationem quorū potuit videre rationem. Ostendit itaqz quibus quasi gradibus ad eas pueniatur / prius eñ est vt videantur quaz sint vtiles et honeste. deinde vt earuz desiderium cōcupiscatur. Postremo vt proficiente gratia delectet earum operatio quarū sola ratio delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum quem hic distincte assignat augustinus qualiter scz intellectus bonorum p̄cedit ꝓcupiscentiam eorundem / z ipsa ꝓcupiscentia delectatōnem que fit per fidem z caritatez. qua habita vere bona est volūtas qua recta viuitur. Ipsaqz fidei comes est nō preuia. qui verba augustini premissa secūdum hanc distinctionem ꝓsiderat nullā ibi repugnantiam fore animaduertit. non ignorans etiam ante gratiam preuenientem z operantez / qua voluntas bona preparat in homine precedere q̄dam bona ex dei gratia et libero arbitrio. quedam etiam ex solo libero arbitrio quibus tamen vitam non meretur nec gratiaz qua iustificatur. Illius eñ gratie percipiende que voluntatem hominis sanat. vt sanata legem impleat nulla merita precedunt. Ipsa est enim qua iustificatus impius fit iustus qui p̄ius erat impius. meritis autez impij nō gratia sed pena debet. nec ista essz gratia si non daretur gratuita. datur aūt gratuita. quia nichil boni ante fecerames vnde hoc mereremur. Non negamus tamen multa ante hanc gratiam z preter hanc gratiaz ab homine fieri bona per liberum arbitrium vt tradit augustinus in responsionibus ꝓtra pelagianos vbi dicit homines per liberum arbitrium agros colere. domos edificare. et alia plura bona facere sine gratia cooperante.

Aug. de spū et litera.

Utrum vna eademqz sit gratia que dicitur operans et cooperans.

Hic consideran

dum est cum predictum sit per gratiam operantem et p̄uenientem voluntatem hominis liberari ac preparari vt bonū velit et per gratiaz cooperantem z subsequentē adiuuari / ne frustra velit vtq; vna et eadem sit gratia. i. vnum munꝰ gratis datum quod operetur et cooperetur. an diuersa alterum operans / et alterum cooperans.

Hic dicit q̄ vna sit / sed propter diuersos effectꝰ diuersa sortitur nomina.

Quibusdam nō

irrationabiliter videtur q̄ vna et eadē sit gratia. i. donum. eadem virtus que operatur et cooperatur. sed ꝓpter diuersos eius effectus et dicitur operās et cooperans. Operans eñ dicitur inquantum liberat preparat voluntatem hominis vt bonum velit. Cooperās inquantum eandez adiuuat ne frustra velit. scz vt opus faciat bonum. Ipsa eñ gratia nō est ociosa / sed meretur augeri vt aucta mereatur perfici.

Quid sit ipsa gratia z quomō meretur augeri querit.

Si vero queritur

quomodo ipsa gratia p̄uenienſ mereat augeri et perfici / cum nullum merituz sit absqz libero arbitrio. et quid sit ipa gratia an virtus / an non? et si virtus an actus vel non. vt hoc aperte insinuari valeat p̄mittendum est tria esse generaboronm. Alia namqz sunt magna. alia minima. alia media vt augustinus ait in primo libro retractationuz. Virtutes inquit quibus recte viuitur magna bona sunt. Species aūt quorūlibet

Antequā soluat p̄mittit ō tribus generibus bonoꝝ.

corporum sine quibus recte viui potest minima bona sunt. Potentie vero animi sine quibus recte viui nõ potest. media bona sunt. Item vittutibus nemo male vtitur. Ceteris autem bonis id ẽ medijs et minimis non solum bene sed etiam male quisq; vti potest. ⁊ ideo virtute nemo male vtitur. quia opus virtutis est bonus vsus istoꝝ quibus etiaꝫ non bene vti possumus. Nemo autẽ bene vtendo male vtitur. Non solum autem magna sed etiam media ⁊ minima bona esse prestitit bonitas dei Ecce habes tria genera bonorum distincta.

In quibus bonis sit liberum arbitrium.

Aug.

Queritur autẽ in quibus bonis ꝯtineatur liberum arbitrium. De hoc augustinus in primo libro retractationuꝫ ita ait. In medijs quidem bonis inuenitur liberꝫ voluntatis arbitrium. quia et male illo vti possumus. sed tamen tale est vt sine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vsus eius iam virtus est que in magnis reperitur bonis. quibus male vti nullus potest. Et q̃a bona ⁊ magna et media et minima ex deo sunt. sequitur vt ex deo sit etiam bonus vsus libere volũtatis qui virtus est. et in magnis numeratur bonis.

Premissas autoritates considerari ⁊ confiteri iubet vt possit solui quod querebatur.

Attend̃ diligent̃ que dicta sunt ⁊ confer in vnũ. Sic em̃ aperietur qd̃ supra querebatur. Dixit equidem opus virtutis esse bonum vsũ illorum bonorum quibus etiam non bene vti possumus id est mediorum in quibus posuit liberum arbitrium. cuius quoq; bonum vsum dixit esse virtutez Quod si est. non est ergo opus virtutis quod supra dixit. q̃a aliud est virtus/ aliud opus eius.

De virtute quid sit/ ⁊ quid actus eius.

DI. XXVII

Hic videndum est quid sit virtus et quid sit actus vel op⁹ eius. Virtus est vt ait augustinus bona qualitas mentis qua recte viuit ⁊ qua nullis male vtitur q̃ deus solus in homine operatur. Ideoq; opus dei tantum est sicut de virtute iusticie augustinus docet super illuꝫ locum psalmi. Feci iudicium ⁊ iusticiam ita dicens. Iusticia magna virtus animi est/ quaꝫ non facit in homine nisi deus. Ideoq; cum ait ꝓpheta ex persona ecclesie. feci iusticiam non ipsam virtutem/ quam non facit homo. sed opus ei⁹ intelligi voluit. Ecce aperte insinuat hic ꝙ iusticia in homine nõ est opus hominis sed dei. quod et de alijs virtutibus itidem intelligendum est.

Exemplũ ponit de iusticia ꝙ de alijs itidẽ intelligendum est.

De fide itidem dicit ꝙ nõ est ex hoie sed ex deo tantum.

Nam de gratia fide ephesis scribẽs apostolus similiter fidem non ex homine/ sed ex deo tantũ esse asserit inquiens. Gratia estis saluati per fidem et hoc non ex vobis dei enim donuꝫ est. Quod a sanctis ita exponitur hec scꝫ fides non est ex ui nature nostre. quia donum dei pure est. Ecce et hic aperte traditur ꝙ fides nõ est ex libertate arbitrij siue ex arbitrio voluntatis quod superioribus consonat/ vbi dictum est gratiã preuenientem vel operantem esse virtutem que voluntatem hominis liberat et sanat. vt aug⁹. in libro de spiritu et litera ait. Iustificati sumus non per liberam voluntatẽ sed per gratiam christi/ non ꝙ sine voluntate nostre fiat. sed voluntas nostra

Aug. in li. de spũ et litera.

ostenditur infirma per legem vt sanet gratia voluntatem. et sana volũtas impleat legem.

De gratia que liberat voluntatem que si virtus non est ex libero arbitrio. ⁊ sic non ē motus mentis.

Si ergo gratia q̃ sanat et liberat voluntatem mentis hominis virtus est vel vna vel plures cum ipsa gratia non sit ex arbitrio voluntatis. sed eā potius sanet ac preparet vt bona sit. ꝯsequitur vt virtus nō sit ex libero arbitrio. ⁊ ita non sit motus vel affectus mentis. Cũ omnis motus vel affectus mentis sit ex libero arbitrio. ꝯ bonus ex gratia ē ⁊ libero arbitrio malum vero ex libero arbitrio tantuz. Ut eim̃ ait augustinus in libro retractationum. homo sponte et libero arbitrio cadere potuit non etiā resurgere. Idē in libro de duabus animabus. Anime si libero ad faciendum ⁊ non faciendū motu animi careant. si deniq̃z his ad abstinendum ab opere suo / potestas nulla ꝯceditur / earuz peccatum tenere nō possumus. Hic aperte ostenditur q̃ motus animi siue ad bonum siue ad malum ex libero arbitrio est. Ideoq̃z si gratia vl' virtus motus mentis est ex libero arbitrio est Si vero ex libero arbitrio vl' ex parte est iam non solus deus sine homine eam facit.

Aug.

Hic aperit ad quid predicta tēdent vt innotesceret an virtus sit motus mentis vel non.

Propterea quidam non inerudite tradunt virtutē esse bonam mentis qualitatem / siue formam que animam informat. ⁊ ipsa non est motus vel affectus animi. sed ea liberum arbitrium iuuatur. vt ad bonuz moueatur et exigatur. et ita ex virtute et libero arbitrio nascitur bonus mot' vel affectus animi. ⁊ ex inde bonum opus ꝓcedit exterius / sicut pluuia rigatur terza vt germinet et fructum faciat nec pluuia est terra. nec germē. nec fructus. nec terra germen vel fructus. nec germen fructus. Ita gratis terze mentis nostre. i. libero arbitrio voluntatis infunditur pluuia diuine benedictionis id est inspiratur gratia / quod solus deus facit / non homo cuz eo. qua rigatur voluntas hominis. vt germinet et fructificet. i. sanatur et preparatur vt bonum velit secundum q̃ dicitur operans et iuuatur vt bonum faciat secundū q̃ dicitur cooperās. et illa gratia virtus non incongrue nominatur. quia voluntatem hominis infirmam sanat et adiuuatur.

Ex quo sensu dicuntur ex gratia incipere bona merita. ⁊ de qua gratia hoc intelligatur.

Luz ergo ex gratia dicuntur esse bona merita et incipere / aut intelligitur gratia gratis dans id est deus. vl' potius gratia gratis data que voluntatem hominis preuenit. Non em̃ est magnum si hec a deo dicerentur esse a quo sunt omnia. sed poti' eius gratia gratis data intelligit / ex qua incipiunt bona merita. que cuz ex sola gratia esse dicantur / non excluditur liberum arbitrium. quia nulluz meritum est in homine quod non sit per liberum arbitrium. Sed in bonis merēdis cause principalitas gratie attribuitur. quia principalis causa bonorū meritorum est ipsa gratia qua excitatur liberum arbitrium et sanatur atq̃z iuuat' voluntas hominis vt sit bona.

Qualiter itelligat cum ex sola gratia ē dicuntur.

Q̃ bona voluntas gratie principaliter est et etiam gratia est sic et omne bonum meritum.

Que ipsa etiam donum dei est et hominis meritum. immo gratie quia ex gratia principaliter est ⁊ gratia est. Unde aug⁹. ad sixtum presbiterum. Quid est meritum homis ante gratiam. Cum omne bonum nostrum meritum non in nobis facit nisi gratia. Ex gratia enim vt dictum est q̄ preuenit et sanat arbitrium hominis. et ex ipso arbitrio ꝓpereatur in anima hominis affectus. siue bonus motus mētis. ⁊ hoc est p̄mum bonuz hominis meritum / sicut verbi gratia ex fidei virtute ⁊ hominis arbitrio generatur in mēte motus quidam bonus et remunerabilis. scz ipsum credere. Ita ex caritate et libero arbitrio alius quidam motus bonus ꝓuenit. scz diligere bonus valde. sic de ceteris virtutibus intelligendum est. et isti boni motus vel affectus merita sunt et dona dei quib⁹ meremur. et ipsorum augmentationem et alia que consequenter hic et in futuro nobis opponuntur.

Aug.

Qualiter bonum merituz in hoīe ꝯstituitur et quid sit primū bonum merituum.

Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem ⁊ alia.

Cū ergo dicitur fides mereri iustificationem ⁊ vitā eternam ex ea ratione dictum accipitur. qz per actum fidei meretur illa Similiter de caritate et de iusticia et de alijs accipitur. Si enim fides ipsa virtus preueniens diceretur esse mētis actus qui est meritum / iam ipsa ex libero arbitrio originem haberet. quod quia non est sic dicitur esse meritum. quia actus est eius meritum si tamen adsit ipsa caritas / sine qua nec credere / nec sperare meritum est vite. Unde apparet vere quia caritas est spiritussanctus / que anime qualitates informat et sanctificat / vt eis anima informetur et sanctificetur. Sine qua anime qualitas non dicitur virtus. quia non valet sanare animam.

De muneribus virtutum ⁊ de gratia que nō est sed facit meritum.

Ex muneribus itaqꝫ virtutum boni sumus et iuste viuimus / et ex gratia que non est meritū sed que facit / non tamen sine libero arbitrio ꝓueniunt merita nostra scz boni affectus eorumqꝫ ꝓgressus atqꝫ bona opera que deus remunerat in nobis. et hec ipsa sunt dei dona. Unde augusti. ad sixtum presbiterum. Cum coronat deus merita nostra / nichil aliud coronat quam munera sua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis precedentibus redditur. quia et eadem merita q̄bus redditur non a nobis sunt / sed in nobis facta sunt per gratiam / recte ⁊ ipsa merita gratia nuncupātur / quia gratis dantur. Nec ideo gratis / quia non meritis dantur. sed quia data sunt per gratiam. et ipsa merita quibus dant.

Aug.

Epilogus vt alia addat.

Ex predictis iaz innotescere nobis aliquatenus potest / qualiter gratia preueniens meretur augeri et alia. ⁊ quid ipsa sit an virtus an aliud. et si virtus an sit actus vel non. Ostensum enim est supra ex parte quorundam q̄ ipsa est virtus. quia virtus non est actus sed eius causa. non tamen sine libero arbitrio. Unde q̄ supra augustinus dixit bonum vsum liberi arbitrij esse virtutem ita accipi potest id est actum virtutis. Alioquin sibi contradicere videret qui etiā opus virtutis sup̄ dixit esse bonū vsum eorum quibus nō bene vti possumus in quibus posuit liberum arbitrium. Si vero bonus vsus liberi arbitrij. opus virtutis est / iam v̄tus non est. Cum ergo bonum vsum ei⁹ virtutem esse dixit nomine virtutis ipsius vsum significauit.

Exponit qūo intelligenduz sit illud bon⁹ vsus li. ar. virtus est.

Q idem vsus est virtutis et liberi arbitrij sed virtutis principaliter.

Idem nempe vsus bonꝰ ex virtute est et ex libero arbitro / sed ex virtute principaliter. Et bonus ille vsus in magnis bonus adnumerandus est. Illa autem gratia preueniens que et virtus est non vsus liberi arbitrij est sed ex ea potius est bonus vsus liberi arbitrij que nobis est a deo. non a nob Vsus vero bonus arbitrij et ex deo est et ex nobis. et ideo bonum meritum ē Ibi em̄ solus deus operatur hic deus et homo / hoc merituz ex illa purissima gratia ꝓuenit. quod apostolus notauit dicens. Gratia dei sum id quod sum / et gratia eius in me vacua non fuit. Super quem locuz augustinus ita ait. Recte gratiam nominat. p̄mum enim solā gratiam dat deus. et non nisi gratiam cum non precedunt nisi mala merita / ꝑ post per gratiam incipiunt merita bona. et vt ostenderet etiam liberum arbitrium addit. ⁊ gratia eius in me vacua non fuit. Et ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur aliquid boni posse. subdit. Non autem ego solus scz sine gratia / sed gratia dei mecum id est cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit gratia incipiunt esse nostra merita bona. per illa tamen quia si illa defuerit cadit homo.

Q gratia preueniens q̄ virtus intelligit̄ non est li. ar. vsus sz ex ea bonꝰ vsus li. ar. et oīa bona merita.

Aliorum sentētia hic ostenditur. qui dicūt virtutes esse bonos vsus liberi arbitrij. i. actus mentis.

Alij vero dicunt virtutes esse bonos vsus naturaliū virtutum potentialiter non tamen omnes sed tantummodo interiores qui in mēte sunt. Exteriores vero qui per corpꝰ geruntur nō virtutes esse dicuntur / sz opera virtutum.

Qualiter predicta verba augustini huic sententie conueniunt.

Et ideo q augustinus dicit opus virtutis esse bonum vsum naturalium potentiarum de vsu exteriori accipiunt. Q vero dicit bonum vsum liberi arbitrij virtutem esse et in magnis numerari bonis / de vsu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse quā bonos affectus vel motus mentis asserunt / quos deus in homine facit nō homo. quia licet illi motus sint liberi arbitrij. non tamē esse queunt nisi deus ipsum liberet et adiuuet gratia sua operante et cooperante quam dei gratuitam voluntatez accipiunt / quia deus est qui et operatur in nobis velle et operari bonum.

Q virtutes sint motus mētis

Quod autez virtutes sint motus mtēis. testimonijs sanctorum astruunt. Dicit enim augustinꝰ super iohannem. Quid est fides? Credere quod non vides. credere autem motus mentis est. Idem in libro tercō de doctrina cristiana. Caritatem autez voco motū animi. Si vero caritas ⁊ fides motus animi sunt. v̄tutes ergo motus animi sunt. Quibus et alij respondentes premissa verba augustini ita intelligenda fore inquiunt. Fides est credere quod nō vides. i. fides est virtus qua creditur quod non videtur. Itez caritas est motus animi. id est gratia qua mouetur animus ad diligendum. Et q hec et his similia ita accipienda sint ex his conicitur que alibi augusti. ait. Nam in primo libro questionum euangelij inquit. Est fides qua creduntur ea que non videntur que ꝓprie dicitur fides. Itez in tredecimo libro de trinitate. Aliud sunt ea que creduntur aliud est fides qua credunt̄. Ex q̄bus

Quō alijs his rñdeant p̄dicta determinātes.

Determinatōnez cōfirmant auctoritatibꝰ

verbis sic argumentando procedunt. Aliud est credere. aliud illo quo creditur. Predictum est autez fidem id esse quo creditur. Sic ergo credere non est fides quia credere nō est id quo creditur. Addunt quoqz virtus opus dei tantum est quam ipse solus facit in nobis. Ipsa ergo non est vsus vel actus liberi arbitrij. sed credere est actus liberi arbitrij/ non est itaqz virtus.

¶ Harum sententiarum iudiciū lectori relinquitur.

Premissisqz alijs rationib' ac testimonijs innitunt vterqz. Horum autem iudicium diligentis lectoris relinquo examini ad alia properans.

¶ Predicta repetit vt alia addat diffinitam assignationem ponens de gratia et libero arbitrio contra pelagianos.

Oi. XXVIII

Dveroin concusse et incunctanter teneamus liberum arbitrium sine gratia preuenente ⁊ adiuuante non sufficere ad iusticiam et salutem obtinendaz. nec meritis precedentibus gratia dei aduocari/sicut pelagiana heresis tradidit. Nā vt ait augustinus in primo libro retractationum. Noni heretici palagiani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium/ vt gratie dei non relinquant locum quam secundum merita nostra dari asserunt

Aug. in li. de heresib'.

¶ Que sic heresis pelagianorū de gratia ⁊ libero arbitrio.

Pelagianorum heresis omnium recentissima a pelagio monacho est exorta Hy dei gratie qua predestinati sumus. ⁊ qūa meruimus de potestate tenebrarū erui/ in tantum inimici sūt vt sine ac credant hoiem posse facere oia diuina mandata Deniqz pelagius a fratribus increpatus qz nichil tribueret adiutorio gratie dei. ad eius mandata faciēda non eam libero arbitrio proponebat. sed infideli caliditate supponebat. dicēs ad hoc eam dari hominibus/ vt que facere per liberum arbitrium iubent facilius possint implere per gratiam. Dicendo vtiqz faciliuſ possint implere per grām. voluit credi etiam si difficilius. tñ posse homines sine gratia facere iussa diuina. Illam vero gratiam dei sine qua nichil boni possumus facere. non esse dicūt nisi in libero arbitrio quod nullis suis precedentibus meritis ab illo accepit nra natura ipso ad hoc tm iuuante nos per suaz legem atqz doctrinam/ vt discamus que facere et que sperare debeamus. Non autē ad hoc per donum spūsancti. vt q̄ didicerimus esse faciēda faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dare scientiaz fitentur qua ignorantia pellitur. caritatem autez negant diuinitus dari qua pie viuitur. vt sez sit donuz dei scientia que sine caritate inflat et non sit donuz dei ipsa caritas/ que vt scientia non inflet edificat. Destruunt etiam orationes quas facit ecclesia siue pro infidelibus et doctrine dei resistentibus vt conuertantur ad deum. siue pro fidelibus vt augeatur eis fides ⁊ perseuerent in ea. Nec quippe non ab ipso accipere/ ꝗ a seipsis homines habere contendunt. gratiam dei qua liberamur ab impietate dicentes secundum merita nra dari Paruulos etiam sine vllo peccati originalis vinculo asserunt nasci.

¶ Hic ponit ea quibus suum cōfirmant errorez verbis aug'. circa ipsum vtentes.

Quod vo dicūt sine gratia hoiem per liberū arbitrium

omnia iussa implere huiusmodi inductionibus muniunt. Si inquit non pōt ea facere homo q̄ iubentur / non est ei ī putandum ad mortē. Sicut tu ipse augustine in li. de libero arbitrio asseris. Quis in quis peccat in eo qd nullo modo caueri pōt. Peccatum autē caueri ergo potest. hoc testimonio aug'. pelagius vsus est disputans aduersus eum immo aduersus gratiam sicut aug'. in libro retractationum illud et alia huiusmodi retractans cōmemorat. inq̄ens. In his atq̄ huiusmodi vbis meis q̄a gratia dei commemorata nō est de qua nunc non agebat. putant pelagiani suam nos tenuisse sententiaz. sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est qua peccatur et recte viuit quod his vbis egimus sed ipsa nisi dei grā liberetur z vt vicia superet. z adiuuet recte a mortalibus viui non pōt. Ecce aperte determinat. ex quo sensu illa dixerit inimicos gratie refellens.

Testimoniuz aug'. inducit pelagius p se

Aliud testimonium agustini ponunt non quo pelagius pro se vtebatur.

Similiter et ini tebatur pelagius vbis augustini cōtra gratiam q̄ in libro de duabus animab' dicit. Peccati inquit reum tenere quē quā quia non fecit. qd facere nō potuit summe iniquitatis z insanie est. His auditis exilijt pelagius dicēs. Cur ergo paruuli et illi q̄ non habent gratiā sine qua non possunt facere mandata diuina rei tenentur. hic autē qua occasione dixerit in libro retractationum pelagio fidens aperit. Id enim ptra manicheos dixit. qui in hoīe duas naturas esse ptendunt. vnam bonam ex deo. alterā malam. ex gente tenebrarū que nunq̄ bona fuit nec bonuz velle potest. quod si esset non videretur ei imputanduz esse si non bonum faceret.

Questio pelagij.

Determinatō augustini.

Aliud quod videtur contradicere gratie dei addit.

Alibi etiaz aug'. dicit. que huic gratie ptradicere videtur. qua iustificamur. Ait in libro ptra adamantium manichei discipulum. nisi quisq̄ voluntatez suam mutauerit. bonum opari nō potest. quod in nostra potestate esse positum. dñs docet. vbi ait Aut facite arborem bonā zc. Quod augustinus ī retractationib' non esse ptra gratiam dei. quaz predicamus ostendit In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem. sed ea potestas nulla esse nisi a deo det de quo dictum est. Dedit eis potestatē filios dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate qd cum volumus facimus. nichil tam in potestate quā ipsa voluntas est sed preparatur a domino volūtas. eo ergo mondat potestatem.

Determiatio aug'. in retractationibus.

Aliud testimonium eiusdem quod videtur aduersum.

Hic etiam intelligendum est quod in eodem ait scz in nostra potestate esse vt vel inseri bonitate dei. vel excidi eius seueritate mereamur. Quia in potestete nostra non est nisi qd nostram sequitur voluntatem. que cuz preparatur a domino. facile fit opus pietatis etiam quo impossibile et difficile fuit.

Aug'. in li. de duab' aiab'.

Aliud testimonium.

In expositione quoq̄ quorundam propositionum epistole ad romanos quedaz aug'. interserit que vident huic doctrine gratie aduersari. Ait em. Quod credimus nrm est. Quod aūt bonum operamur illius est qui credentibus dat spiritumsanctuz et paulo post. Nostrum est credere

et velle. Illius autem dare credenti/bus et volentibus facultatē bene ope/randi per spūmsanctum. Que qualiter intelligi debeant aug. in libro retracta tionū. aperit dicens. Uer est quidem a deo esse qd operamur bonum ꝗ eadē regula vtriusq; est et volendi scz et fa/ciendi. et vtrumq; ipsius est. quia ipse preparat voluntatē ⁊ vtrumq; nostruz quia non fit nisi volentibus nobis Illa itaq; pfecto non dixissem. si iam scirez etiam ipsam fidem inter spiritussancti munera reperiri.

Aug. in li. retractationū q̄ liter hec acci/pi debeant.

Adhuc addit aliud quod vide tur contrarium.

Illud etiaz dili genter est inspiciendum quod aug. in li bro sententiarum prosperi ait. scz quia posse habere fidem /sicut posse habere caritatem natura est hominum. habere autem fidem sicut habere caritatē gra/tia est fidelium. Quod non ita dictuz ē quasi ex libero arbitrio valeat haberi fides vel caritas. sed quia aptitudinez naturalez habet mens hominis ad cre dendum vel diligendum que dei gratia preuēta credit et diligit / quod sine gra tia non valet.

Determiatio

Testimonio hieronimi astru/it quid tenendū de gratia ⁊ li bero arbitrio vbi triplex here sis iudicatur scz iouiniani ma nichei pelagij.

Id ergo de gra tia et libero arbitrio indubitāter tene/amus qd hieronimus in explanatōe fi dei catholice ad damasuz papā. iouini ani ac manichei ac pelagij errores col/lidēs docet. Libez inquit sic pfitemur arbitriū vt dicamus nos semp indige/re dei auxilio. Et tam illos errare qui cū manicheo dicunt hominē peccatū vi tare non posse q̄ illos qui cum iouinia/no asserunt hominem non posse peccare Uterq; tollit arbitrij libertatez. Nos vero dicimus hoiem semper ⁊ peccare et nō peccare posse vt semper nos libe ri pfiteamur esse arbitrij. hec est fides quam in catholica ecclesia didicimus/ et quam semper tenuimus.

Utrum homo ante peccatum eguerit gratia operante et co/operante.

Post hoc cō siderandus vtrum homo ante peccatum eguerit gratia opante et coope rante. Ad qd breuiter dicimus. qz ne/mo coopante tantum ꝗ etiam operāte gratia indigebat. non quidē scōm om nem opandi modum operantis gratie. Operatur enī liberando ⁊ preparando voluntatē hois ad bonuz Egebat itaq; homo ea. nō vt liberaret voluntatē su/am q̄ peccati serua non fuerat / ꝗ vt pre pararet ad volenduz efficaciter bonum qd per se nō poterat. Non enī poterat bonū mereri sine gratia. vt aug. in en/cheridion euidenter tradit. Illam inq̄t immortalitatem in qua poterat nō mo ri / natura humana perdidit per liberū arbitriuz. Hanc vero in qua poterit nō mori acceptura est per gratiam quam fuerat si non peccasset / aceptura p me/ritum. Quamuis sine gratia nec tūc vl/lum meritum esse potuissz. quia et si ip sum peccatum in solo erat arbitrio con stitutum. non tamē iusticie habende vl' retinende sufficiebat liberum arbitriū nisi diuinum preberetur adiutorium. Ecce his verbis satis ostenditur q̄ an/te peccatum homo indigebat gratia o/perante et cooperante. Non enim ha/bebat quo pedem mouere posset sine gratie operantis et cooperātis auxilio habuit tamen quo poterat stare.

DI. XXIX.

Quod opan/te ⁊ coopante eguerit ꝗ ope rante nō egue rit scōm oēm modū quo ip se operatur.

Aug in encb.

Q̄ homo ante lapsum virtu/tes habuerit.

Preterea queri solet. vtrum homo ante lapsum virtutem habuerit. Quibusdam videt q̄ nō habuerit id ita ꝓbare conantibus. Iusticiaz inq̄unt non habuit. quia preceptum dei contempsit. Nec prudentiam quia sibi non prouidit. Neq̄z tempantiam/ quia aliena appetijt. Nec fortitudinem. quia praue suggestioni cessit Quibus respondentes dicimus eū quidem non tunc habuisse has virtutes quādo peccauit sed ante et tūc amisisse. quod multis sanctorum testimonijs comprobatur. Ait enim augustinus in quadaz omelia. Adam ꝑdita caritate malus inuentus est. Itez princeps vitiorum dū vicit adam de limo terre ad imaginem dei factum pudicitia armatum temperantia compositum/ caritate splendidū primos parētes illis donis ac tantis bonis expoliauit/ pariterq̄z ꝑemit De hoc eodem ambrosius ad sabinum ait. Qñ adam solus erat non est preuaricatus/ quia eius mens deo adherebat. Super psalmum quoq̄z dicit q̄ homo ante peccatuz beatissimus auraz carpebat etheream. sed quomodo sine virtute beatissimus erat. Aug̃. quoq̄z super genesim dicit Adam ante peccatuz spiritali mēte preditum fuisse. Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fulsisse. sed illis per peccatū expoliatum fuisse.

Testimonijs sanctoruz affirmat hoīez primuz habuisse virtutes.

Ambro⁹.

De eiectione hominis de paradiso.

In illius quoq̄z peccati penam eiectus est de paradiso ī istum mileriarum locum sicut in genesi legit. Nunc ergo ne forte mittat manum suā ⁊ sumat de ligno vite ⁊ comedat et viuat in eternum. emisit eū deus de paradiso voluptatis. His verbis ī sinuari videtur q̄ nunq̄z moreretur/ si postea de illo sumpsisset ligno.

Quō intelligendum sit illud ne sumat de ligno vite ⁊ comodat ⁊ viuat in eternum.

Sz quia per peccatuz iam mortuū corpus habebat. illa verba ex tali intellectu accipi possunt Deus modo irati loquens de homine superbo ait. Videte ne forte mittat manum suā ⁊c̄ Id est cauete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indignus ē. de quo si perstitisset/ comedere/ viuet ret ineternum. Sed modo ꝓpter inobedientiam indignus est comedere Et sicut v̄bo dixit/ ita ope exhibuit. Emisit em̄ eum deus de paradiso. u. in locum sibi congruum sicut plerumq̄z malus cum inter bonos viuere ceperit. si ī melius mutari noluerit/ de bonoruz cōgregatione pellitur. pondere praue cōsuetudinis pressus.

De flameo gladio ante paradisum posito ⁊ pena que transijt in posteros.

Ne vero ad illd̄ posset accedere collocauit deus āte paradisum cherubin ⁊ flameum gladium atq̄z versatilem ad custodiendam viam ligni vite. Quod iuxta literam potest hoc modo accipi. Quia per ministeriū angelorum ignea custodia ibi constituta fuit. Hoc enim per celestes potestates in paradiso visibili factum esse credendum est/ vt per angelicum ministerium ibi esset quedam ignea custodia/ non tñ frustra. ꝑ quia aliquid significaret de paradiso spūali. Cherubin enim interpretat plenitudo scientie. hec est caritas/ q̄z plenitudo legis est dilectio Gladius autem flameus pene temporales sunt/ que versatiles sunt. quoniam tempa volubilia sunt. Illa ergo ad custodiā ligni vite ideo posita sūt ante paradisum. quia ad vitam non reditur nisi per cherubin scz plenitudinē scientie

Strabus.

id est caritatem. ⁊ per gladiuz versati lem. i. tolerantiã passionum tp̄alium.

An homo ante peccatum com mederit de ligno vite.

Potest autem q̄ri vtrum de ligno vite ante peccatũ cõmederit homo. De hoc augustinus in libro de baptismo paruulorum sic ait. Recte ꝓfecto intelliguntur primi homines ante maligni dyaboli persuasionem abstinuisse a cibo vetito atq; vsi fuisse ꝯcessis. His verbis ostẽditur q̄ de ligno vite ante peccatum sumpserint. quibus preceptum erat vt de omni ligno paradisi comederent / nisi de ligno scientie boni et mali.

Quare nõ sunt facti immortales si comederẽt de ligno vite.

Quare ergo perpetua soliditate est beata immortalitate vestiti non sunt / vt nulla infirmitate vel etate in deterius mutarentur. hãc em̄ virtutem naturaliter illd̄ lignuz habuisse dicit. sed forte non hoc conferebat nisi sepe de illo sumeretur. Potuit ergo fieri vt de illo sumeret semel ⁊ nõ sepius qui per aliquã moraz in paradiso fuisse intelligitur. cum scriptura dicat eum ibi soporatũ fuisse / quãdo costa de latere eius assumpta est / et inde formata mulier / ⁊ animalia ante eũ ducta quibus nomina imposuit.

Solutio.

Q̄ per adam peccatuz et pena transijt in posteros.

DI. XXX.

In superioribus insinuatum est licz ex parte. non em̄ perfecte sufficimus exponere qualiter p̄mus homo deliquerit. ⁊ q̄ ꝓ peccato penam subierit quibus adijciendum est peccatũ simul ac penam per eũ trãsisse in posteros. Sicut apostolus ostendit inquiens. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundũ intrauit. ita in omnes hoĩes mors ꝑtransijt

Vtrum illud peccatum fuerit originale / an actuale.

Hic primo videndum et quod fuit illud peccatum originale scz an actuale. ⁊ si de originali intelligatur ꝯsequenter quid sit originale peccatum. ⁊ quare dicatur originale et qũo pertransierit vel per transeat in omnes / diligenter inuestigandũ est. Quibusdam placuit de peccato actuali ade illud accipere asserentibus nõ hoc apostolum sensisse cũ inferius ait. Sic̄ per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi. ita ⁊c̄. Euidenter inquiunt. etiam ipso nomĩe exprimit apostolus peccatum quod ꝑ vnum hominem intrauit in mundum. scz inobedientiaz. Inobedientia vero peccatum actuale est.

Quidaz illud accipiunt de actuale.

Quomodo intrasse in mundũ dicunt.

Hoc autez dicũt intrasse in mundũ non traductione originis sed similitudine preuaricationis. omnesq; in illo vno peccasse dicũt quia omnibus ille vnus peccandi exempluz extitit. hoc male senserũt quidaz heretici qui dicti sunt pelagiani. de quibus augustinus in libro de baptismo paruulorum commemorat dicens. Scienduz est inquit hereticos quosdam qui noĩati sunt pelagiani dixisse peccatũ prime transgressionis in alios homines non ꝓpagatione ꝑ mutatione transisse Unde etiam in paruulis nolũt credere ꝑ baptismum solui originale peccatuz / qd̄ in nascentibus nullum esse omnino ꝯtendunt. Sed eis dicitur. qz si apostolus

Hoc dicũt pelagiani.

peccatum mutationis non ꝓpagatõis intelligi voluisset. eius principẽ non adam ꝗ dyabolus diceret. De quo in libro sapientie dicit. Invidia dyaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et qꝫ non vult intelligi hoc esse factũ ꝓpagatione ꝗ mutatione cõtinuo subiũxit scriptura Imitantur aũt eum qui sunt ex ꝑte ipsius. Imitant quidem adam quotquot per inobedientiam transgrediuntur mandatum dei. Sed aliud est qd̃ exemplum est voluntate peccantibus/aliud qd̃ origo est cum peccato nascentibus. Non est igitur accipiendus peccatum ade transisse in oẽs imitationis tantum exemplo sed ꝓpagationis et originis vitio.

Hic aperit illud esse peccatus originale qd̃ transit ĩ posteros

Et est illud peccatum originale

vt aperte augustinus testatur quod per adam transiuit in omnes per eius carnem viciatam concupiscentialiter generatos.

Quid sit originale peccatum hic inquiritur.

Quod diligenter ĩ

uestigandus est quidsit. de hoc em̃ sancti doctores subobscure locuti sunt atqꝫ scolastici doctores varia senserunt.

Quorundam de originali peccato opinio.

Quidã enim putant originale peccatus esse reatum pene ꝓ peccato primi hominis id ẽ debitum vel obnoxietatem qua obnoxij et addicti sumus pene temporali ⁊ eterne ꝓ primo hominis actuali peccato. quia ꝓ illo vt aiunt omnibus debetur pena eterna nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum sententiam oportet dici originale peccatus nec culpam esse nec penam. Culpã non esse ipsi fatẽtur. pena quoqꝫ secundũ eos esse nõ potest Quia si debitum pene originale peccatum est cũ debitum pene non sit pena nec originale peccatum est pena. Quod etiam q̃dam eorus admittunt dicentes in scriptura originale peccatum sepe nominari reatũ. et reatum ibi intelligunt vt dictum est obnoxietatem pene. et ea ratõne asserunt peccatum originale dici esse in paruulis. quia paruuli pro illo ꝓmo peccato rei sunt pene. sicut ꝓ peccato iniqui parentis aliqñ exulant filij secundum iusticiam fori.

Qꝫ originale peccatum est culpa autoritatibus probat.

Sed qꝫ originale

peccatum culpa sit pluribus sanctorus testimonijs edocet. super exodum vbi dicitur primogenitũ asini mutabis oue Gregorius ait. Omnes in peccatis nati sumus ex carnis delectatione ꝛcepti culpam originalem nobiscum traximus. Unde et voluntate nostra peccatis implicamur. Culpam ecce originalem dixit nos trahere. Unde constat originale peccatum culpam esse. Augustinus quoqꝫ in libro de natura et gratia de hoc eodem sic ait. Omnes vt ait apostolus peccauerunt. vtiqꝫ vel in seipsis vl̃ in adam quia sine peccato non sunt vel quod originaliter cõtraxerunt. vel qd̃ malis moribus addiderunt. Peccatũ enim primi hominis non solum ipm/sz omne nocuit genus humanum. quia ex eo damnatione simul et culpam suscepimus. Idem super psalmum q̃nquagesimum. Quod de corpore mortuo seminat. cum vinculo peccati originalis nascit ⁊ mortis. Ideo igitur se iniquitatibus ꝛceptum dicit dauid. quia in omnibus trahitur iniquitas ex adam et vinculus mortis. Nemo enim nascitur nisi trahens penam ⁊ meritũ pene Meri/

tum autem pene peccatum est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam peccatum trahit. Peccatum igit originale culpa est quam omnes concupiscentialiter concepti trahunt Unde in ecclesiasticis dogmatibus scriptum est Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci impietati subditū mortiq subiectum. et ob hoc natura ire nasci filiuz a qua nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei et hominum His et alijs autoritatibus euidenter ostenditur peccatum originale culpaz esse et in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

In ecclesiasticis dogmatibus.

Quid sit quod dicit peccatuz originale scz fomes peccati id est concupiscentia.

Nūc superest videre qd sit ipsum originale peccatum. qd non cum sit actuale nō est actus siue motus aīe vel corporis. Si enim actus est anime vel corpis actuale vtiq peccatum est. Sed actuale non est Non est ergo actus vel mot'. Quid ergo? Originale peccatuz dicitur fomes peccati scz concupiscentia vel cōcupiscibilitas que dicitur lex membroz siue languor nature. siue tirannus qui est in mēbris nostris siue lex carnis. Unde aug. in libro de baptismo paruloz. Est in nob concupiscentia que nō est permittenda regnare. Sunt et eius desideria q̄ sunt actuales concupiscentie que sunt armadyaboli que veniunt ex languore nature. Languor autē iste tirannus est qui mouet mala desideria. Si ergo vis esse victor tiranni atq in ermem inimicum inuenire non obedias concupiscentie male. His verbis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Ambrosius.

Quid noīe cōcupiscētie intelligit que dicit fomes peccati

Nomine autē cōcupiscentie non actum concupiscendi / sed vitiū primuz significauit cum eaz dixit legem carnis. Uñ idem in tractatu de vbis apostoli ait. Semper pugna est ī corpe mortis huius. quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus finiri nō potest quādiu viuimus quotidie minui potest / finiri non potest. Que autem ē concupiscentia cum qua nati sumus? Uitium vtiq est quod paruulum habilez concupiscere facit. adultum etiam concupiscentem reddit. Sicut em̄ in oculo ceci in nocte vitiuz cecitatis est si nō apparet. nec discernit inter videntem et cecuz nisi luce veniente. sic in puero vitium esse non apparet donec etatis perfectioris tempus occurzat.

Q̄ per adam originale peccatuz in omnes intrauit id est cōcupiscentiam.

Ex his datur intelligi quid sit originale peccatū scz vitium concupiscentie / quod in oēs concupiscentialiter natos per adam intrauit eosq immanauit. Unde augustinus in libro de baptismo paruloz. Adam p̄ter imitationis exemplū / oculta etiam tabe carnalis cōcupiscentie sue / tabificauit in se omnes de sua stirpe vēturos Unde apostolus rede ait. In quo omnes peccauerunt.

Aug'. ī libro de baptismo paruulorum quomodo intelligat in quo omnes peccauerunt.

Circūspecte et sine ābiguitate dixit hoc apostolus. Sine enim intelligat in quo homine siue ī quo peccato sanum est. In adam oēs peccauerūt vt in materia / nō soluz eius exemplo vt dicūt pelagiani. Oēs enim ille vnus homo fuerat. i. in eo materia

liter erant. Manifestum est itaq; omnes in adaz peccasse quasi in massa Ipse eim per peccatũ coruptus / quos genuit oẽs nati sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti sunt peccatores ita ꝛ in illo vno peccato qõ intrauit in mundum recte omnes dicuntur peccasse. qz sic ab illo vno homine. sic ab eodẽ vno peccato immunes esse non possunt nisi ab eius reatu per christi baptismũ absoluantur. Alia ergo sunt ꝓpria peccata in quibus tantuz peccant quoꝝ peccata sunt. Aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt. i. ex quo omnes peccatores ꝓstituti sunt.

Quod sit peccatuz in quo omnes peccauerunt scz originale quod ex inobediẽtia processit

Hoc ẽ originale

peccatum quo peccatores nascunt omnes ꝓcupiscentialiter geniti. quod ex adam siue ex eius inobedientia emanauit et inposteros demigrauit. Unde apostolus consequenter per inobedientiam vnius hominis multos dicit constitutos esse peccatores / quod est actuale peccatum. Cum autez dixierit per vnum hominem peccatum intrasse in mundum ꝛ in eo omnes peccasse / quod de originali dictũ est oportere accipi.

Ex quo sensu dictum est per inobedientiam vnius multi sũt constituti peccatores.

Quod ergo aít p

inobedientiam vnius multi constituti sunt peccatores eo sensu dictum esse intelligendum est. quia ex inobedientia ade scz ex peccato actuali ade processit originale peccatum quo omnes peccatores nascuntur vt et in illo esset / et in omnes transiret.

Q; peccatum originale in adã fuit et in nobis est.

Unde aug. iuliano

heretico nullum peccatum in paruulis esse contendenti respondens asserit. Peccatum originale ex voluntate ade processisse. ac per eius inobedientiam in mũdum intrasse. Querit enim iulianus per quid peccatũ inuenitur in paruulo. ita inquiens. Non peccat iste qui nascitur. nõ qui genuit non peccat ille qui condidit. Per quas tibi rimas inter tot presidia innocentie peccatuz fingis ingressum? Et respondet sancta pagina. per vnum hominem peccatum intrauit in mundum per vnius inobedientiam ait apostolus. Quid querit amplius quid querit aptius. Item inquit iulianus. si per hominem peccatum intrauit in munduz. peccatum vel ex voluntate vel ex natura est. Si ex voluntate est mala est voluntas que peccatuz facit. Si autem ex natura est mala est natura. Cui respondeo ex voluntate peccatum est. Querit forte. vtrum originale peccatum ex voluntate sit respõdeo prorsus et originale peccatum ex voluntate esse. Quia hoc ex voluntate primi hominis seminatum est vt in illo esset. et in omnes transiret. Rũsio Aug.

Obiectio quorundam contra id qõ supra dictũ ẽ omnes in adam fuisse homines.

Ad hoc autem q

diximus in adaz fuisse omnes homines quidam verborum sectatores sic obiciunt dicentes. non omnis caro que ab adaz traducta est. in eo simul existere potuit. quia multo maiozis quantitatis ẽ quaz fuerit corpus ade. In quo nec tot etiam atomi fuerunt q; ab eo homines descenderunt. Quocirca verum non esse asserunt substantiam vniuscuiusq; in primo fuisse parente.

Responsio vbi aperitur qualiter fuerint in adam scōm rationem seminalez ⁊ quomodo ex eo descenderint. scilicz lege ꝓpagationis.

Quibus responderi potest. ꝙ materialiter atqz causaliter non formaliter dicitur fuisse in primo homine. Omne qd in humanis corporibus naturaliter est. descendit qz a primo parente lege ꝓpagationis et in se actum et multiplicatū est nulla exteriori substantia in id trāseunte et ipsum ī futuro resurget Fomentū quidem habet a cibis ꝑ non conuertunt cibi in humanam substantiam. Que scz per propagationem descendit ab adam. Trāsmisit eim adam modicū quod de substātia sua in corpora filioꝝ quando eos ꝓcreauit id ē aliquid modicum de massa substantie eius diuisum est et inde formatū corpus filij. Huiqz multiplicatōe sine rei extrinsece adiectione actum est Et de illo ita augmtato aliquid ide separatur vnde formantur posterorū corpora et ita progreditur procreationis ordo lege propagationis vsqz ad finez humani generis. Itaqz diligenter ac ꝓspicue intelligentibus patet. omnes secundum corpora in adam fuisse per seminalem rationem. et ex eo descendisse propagationis lege.

Autoritate et ratione probat nichil extrinsecus conuerti in humanam substantiam.

Quod vo nichil extrinsecum in humani corporis naturaz transeat. veritas in euangelio significat dicens. Omne quod intrat in os in ventrem vadit et in secessum emittit Quod etiam ratione ostendi potest hoc modo. Puer qui statim post ortuz moritur in illa statura resurget quaz habitur erat si viueret vsqz ad etatē. xxx. annorum nullo vitio corporis impeditus. Vñ ergo illa substantia que adeo parua fuit mortua in resurrectione taz magna erit nisi sui in se multiplicatiōe Unde apparet ꝙ etiam si viueret non aliunde/sed in se augmentaretur illa substantia. Sicut costa de qua facta est mulier/sic et panes euangelici. Non inficiamur tamen quin cibi et humores in carnem et sanguinem transeant. Sed non in veritate humane nature que a primis descendit parentibus. Que sola in resurrectione erit. reliqua vero caro in quam cibi transeunt tanqz superflua in resurrectione deponetur que tamen ciborum aliarumqz rerum fomentis coalescit.

Qd cibi ī carnē transeūt ſz non in eā que descēdit ab adam.

Quomodo peccatum originale a patribus transeat ad filios. an secundum animam an secundum carnem.

DI. XXXI.

Nunc sup est inuestigare qualiter illud peccatum a patribus transducatur in filios scz an secundum solam animam. an secundum carnem siue secundū vtrūqz Putauerunt quidaz secundum animā trahi peccatuz originale. non solum secundum carnem. quia non solum carnē sed et animam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut enim in generatione prolis de carne paterna substātialiter trahitur caro. ita etiam de gignentis anima/animam geniti essentialiter deduci ab his extimat. Ideoqz sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur. ita etiam de anima peccatrice aīa peccatrix. corruptōne originali infecta ab illis trahi dicitur.

Opinio quorundam male credentiū animas esse ex traduce.

Hdredictam opinionem damnat. et ꝙ per carnem traducatur peccatum dicit/et quomodo ostendit.

Hoc aũt fides catholica respuit. et tanq̃z veritati aduersum damnat / que non animas sed carnem solã sicut superius diximus ex traduce esse admittit. Non ergo scõm animam ꝑ secundum carnẽ solam peccatũ originale trahit a parentibus. Est eñ peccatum originale vt supra diximus concupiscentia nõ quidem actus ꝑ vitium Ipsa concupiscentia est lex membrorꝫ vl carnis que est morbidus quidaz affect' vel languor qui commouet illicitum desiderium. i. carnalem concupiscentiam que lex peccati dicitur / que dicit manere in carne. nõ quin in anima sit. sed qz per corruptõnez carnis in anima sit

Unde aug'. ad valerium.

Quare concupiscẽtia dicitur esse in carne.

Casum corruptionis carnis ostendit. ex qua in anima peccatum fit.

Caro enĩ ppter peccatum corrupta fuit in adam adeo vt cum ante peccatũ vir et mulier sine incentiuo libidinis z cõcupiscentie feruore possent conuenire. essetqz thor' immaculatus. iam post peccatum nõ valeat fieri carnalis copula absqz libidinosa concupiscentia que semper vitium est et etiaz culpa / nisi excusetur per bona opera cõiugij. In concupiscentia ergo et libidine cõcipitur caro formando in corpus plis. Unde caro ipsa que cõcipitur inuitiosa concupiscentia poluitur z corrumpitur / ex cuius contactu anima cũ infunditur maculã trahit qua polluitur et fit rea. i. vitium cõcupiscentie q̃ est originale peccatum.

Qz ppter corruptionez carnis que est causa peccati dicit' peccatum esse in carne.

Ideoqz ipm̃ peccatum dicitur manere in carne. Caro ergo que in concupiscentia libidinis seminat. nec culpam habet nec actũ culpe ꝑ causam. In eo ergo q̃ seminat corruptio est. In eo aũt q̃ nascitur concupiscentia vicium est. Unde ambrosius de verbis apostoli sic ait. Quomodo habitat peccatum in carne cum non sit substantia sed priuatio boni Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatuz ipsaqz corruptio per conditionez offensionis manet in corpe robur tenens diuine sententie date in adam / cuius cõsortio anima maculat' peccato. Per id ergo q̃ facti causa manet in habitare dicitur peccatum in carne / hoc est lex carnis. Idẽ non habitat peccatum in anima sed in carne. quia peccati causa ex carne est / non ex aia. quia caro est ex origine carnis peccati. z per traducem caro fit causa peccati. aia vero non traducitur. z ideo in se cãm peccati nõ habet. Aug'. quoqz ex carne peccatuz animam contrahere in sermone quodam de vbis apostoli ostendit dicens. Vitium cõcupiscentie est quod anima ex carne contraxit. Natura quippe humana nõ opere dei / cum vitio primitus est instituta / sed ex voluntatis arbitrio prioꝫ hominum venienti vitio est sauciata. sta vt non sit in carne bonum / sed vitiũ quo inficitur anima.

De causa originalis peccati que est in carne vtrum sit culpa an pena.

Hic queri solet vtrum causa peccati originalis que dicta est in carne esse culpa sit vel pena siue aliquid aliud. culpa esse non potest. quia culpa non est in re irrationali. Si enim culpa essz in carne ante infusionẽ anime actualis esset vel originalis. Sz actualis ibi non est. nec originalis culpa est. qz ipsa causa est originalis peccati. Si autez pena est / que est illa passibilitas vel mortalitas vel alia corruptio. Hoz enim defectus carni inesse constat.

Qñ sit culpa probat.

Hic aperitur quid sit scilicet feditas tracta ex libidine coeũcium que vicium vel corruptio dici potest.

Ad quod dici potest quia multiplex defectus carnis et precipue pollutio quedaz quam ex feruore coitus parentum z pcupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipit causa est originalis peccati que recte vitium siue corruptio carnis appellari potest. Que feditas maior videtur esse in carne concupiscentialiter inducta quaz in ea vnde traducit. et q vitiuz vel corruptio sit in carne ante piunctionez anime effectu pbatur cũ anima infunditur que ex corruptione carnis maculatur. Sicut in vase dinoscitur vitium esse cũ vinum infusum acescit.

Inductu similiũ ostendit non absurde filios peccatum a parentibus eorum mundis.

Ne autem miremur z intellectu turbem audientes peccatum originale filios traducere a parentibus iam per baptismuz ab illo peccato mundatis diuersarum similitudinũ inductione id posse fieri insinuat augustinus in libro de baptismo paruulorum ita inquiens. Quomodo preputiũ per circumcisionem aufertur manet tñ in eo quem genuerũt circumcisi. Quomodo etiam palea que opere humano tanta diligentia separat. manet tamẽ de fructu qui de purgato nascitur triticо. ita peccatum quod in parentibus p baptismũ mundatur manet in eis quos genuerũt. Ex hoc enim gignunt quod adhuc vetustũ traĥciunt. non ex hoc q lex in nouitate pmouit eos inter filios dei. Non em generant parentes filios secundum illam generationem qua de nuo nati sunt. ꝗ potius secundum eam qua carnalit z ipi primũ sũt generati.

Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo.

Iam ostẽsuz est quid sit originale peccatuz. z qualiter a parentibus in filios. z per carnem in aiam trãseat. Ex quibus etiam innotescit quare dicatur originale peccatum ido scz quia ex vitiosa lege originis nostre in qua concipimur scz carnis libidinosa concupiscentia traducitur vt sup dictum est. Non em quia ex carne tracta ab adam concepti sumus. ideo peccatũ traximus. quia et xpi corpus ex eadem carne formatum est que ab adã descendit. sed eius conceptus est celebratus. non lege peccati. i. concupiscẽtia carnis vnde et caro eius peccatrix non fuit immo opatione spiritussancti. Noster vero conceptus non fit sine libidine. et ideo non est sine peccato. Ob euidenter augustinus ostendit in libro de fide ad petrum dicens. Quia dum sibi inuicem vir mulierq miscẽtur. sine libidine non est parentum concubitus. ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus. vbi peccatuz in paruulos non trãsmittit ppagatio. sed libido. nec fecunditas nature humane facit homies cum peccato nasci. ꝗ feditas libidinis quaz homines habent ex illius iustissima condemnatione peccato. Ideo beatus dauid propter originale peccatum quo naturaliter obstricti filij sunt ire. dicit iniquitatibus cõceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Ex hoc itaq apparet ex lege conceptionis traduci originale peccatum. qz nisi cõceptio sic fieret in carne/anima ex carnis coniunctione concupiscentia vitiuz non traheret.

Aug. in li. de fide ad petrũ

Obiectio quorundam nitentium pbare peccatum non traduci ex lege coitus.

Sz ad hoc oppo nitur hoc modo. In ipso ꝓceptu vbi dicitur transmitti peccatuz ꝓpagatur caro nec tamen infundit anima secunduz phisicos/sz iam effigiato corpore. Nõ etiam moyses in exodo aperte significat vbi agit de percussura mulieris pregnãtis. Siquis inquit percusserit mulierem pregnantem et abortum fecerit si adhuc informe fuerit puerperiũ mulctabitur pecunia. Si autem formatũ fuerit reddat animam pro anima. Formatum vero intelligitur propria anima animatum et informe/ quod nondum habet animam. In ipso ergo conceptu cum caro propagatur/ nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur cum peccatum nõ possit esse vbi anima non est.

Responsio cum solutione.

Ad quod dici potest. quia in illo conceptu dicitur peccatum trasmitti. non quia peccatum originale ibi sit. sed quia caro ibi trahit id ex quo peccatum sit in anima cuz infunditur. Et vtrumqz vocatur conceptus scz z cum caro ꝓpagatur/ formãqz corporis humani recipit. z cum anima infunditur quod aliquando etiam dicitur natiuitas. Unde quod natum ẽ in te. Proprie autem natiuitas dicitur in lucem editio.

Quomõ originale peccatuz dimittatur in batismo cũ et post sit illa concupiscentia que dicitur originale peccatum.

DI. XXXII.

Quoniam supra dictum est originale peccatum esse vitium ꝓcupiscentie. assignatumqz quomodo a parentibus trahatur z originale dicatur superest inuestigare quomodo in baptismo dimittatur. cum etiam post baptismum remaneat ꝓcupiscentia que ante fuerat Uñ videtur vel peccatum originale nõ esse ꝓcupiscentia vel ñ remitti in baptismo Manet quippe vt ait aug. in corpore mortis huius/ carnalis concupiscentia cuius viciosis desideriis non obedire ꝑcipitur. Que tamen ꝓcupiscentia quotidie minuitur in ꝓficientibus z continẽtibus. Sed licet remaneat concupiscẽtia post baptismum/ non tamen dominatur et regnat sicut ante immo ꝑ gratiam baptismi mitigat. et minuitur vt post dominari non valeat. nisi quis reddat vires hosti eundo post ꝓcupiscentias. nec post baptismum remanet ad reatum. qz non imputatur in peccatum. sed tamen pena peccati est. Ante baptismum vero pena est et culpa.

Aug. in li. de nupcijs z concupiscencijs.

Q originale peccatum duob? modis dimittitur scz extenuatione sui et z solutione reatus

Duplici ergo ratione peccatuz originale dicitur dimitti in baptismo. quia per gratiam baptismi vitium cõcupiscentie debilitatur atqz extenuatur. ita vt iam non regnet nisi consensu reddatur ei vires et quia reatus ipsius soluitur. Unde augusti. in libro ō baptismo paruulorũ. Gratia per baptismum id agitur vt vetus homo crucifigatur/ et corpus peccati destruatur. non ita vt in ipsa viuente carne ꝓcupiscentia respersa z innata repẽte absumat. et non sit/ sed ne obsit mortuo que inerat nato. Nam si post baptismum vixerit in carne habet concupiscentiam cum qua pugnet. camqz adiuuante deo superet si tamen non inuacuuz gratiam eius suscepit. Non itaqz hoc prestatur in baptismo/ nisi forte miraculo ineffabili creatoris. vt lex peccati que est in membris prorsus extinguat et non sit. sed vt quidquid mali ab homine factum dictum cogitatum est/ totũ

aboleatur. ac velut factum non fuerit habeatur Ipa vero ꝓcupiscentia. soluto reatus vinculo. quo per illaz dyabolus animaz retinebat/et a suo creatore separabat. maneat in certamine. Ecce hic aperte ostendit ea ratione dimitti ī baptismo. non qz non maneat post baptismum/sed quia reatus in baptismo aboletur. Deinde id ipse ostendit eo modo etiaz dimitti. quia baptismi gratia ꝓcupiscentia ipsa mitigatur et minuit in eodem libro ita dicens. Lex carnis quam apostolus appellat peccatum cū ait Non regnet peccatū in vestro moz. corpore. non sic manet in membris eoz qui ex aqua et spiritu renati sunt tanquam non sit eius facta remissio vbi omnino plena fit remissio peccatoruz. sed manet in vetustate carnis tanquam superatum et peremptum nisi illicito cōsensu quodammodo reuiuiscat. ⁊ in regnum proprium dominationemqz reuocetur Hic aperte insinuat in baptismo ꝓcupiscentiam debilitari. ex quo ⁊ dicit dimitti. non solū ideo quia reatus ibi soluit quem remissionis modum alijs etiā pluribus testimonijs scriptura edocet. Ait enim augustinus ꝓtra iulianum. Lex que in membris est vitiū carnis est quod ex pena peccati extraducere mortis puenit. Sed lex ista que est in mēbris remissa est regeneratione spirituali ⁊ manet ī carne mortali Remissa est qz reatus solutus est sacramento quo renascunt fideles. Manet autem qz operatur desideria cōtra que dimicāt fideles Idem in smone quodaz de ꝓcupiscentia carnis. Per gratiā batismat et lauacrum regeneratōis solutus est et ipse ꝓcupiscentie reatus cuz quo eras natus. ⁊ quidquid antea ꝓsensisti male concupiscentie/siue cogitatione siue locutione/siue actione. Idem in li. de nupcijs ⁊ ꝓcupiscentia. Concupiscētia carnis licet in regeneratis iam non deputetur in peccatū. quecunqz tñ proles nascitur obligata est originali peccato. Item dimittitur concupiscentia carnis in baptismo. non vt nō sit sed vt non imputetur in peccatum. hoc est enī non habere peccatum. non esse reū peccati. Quomodo ergo alia mala pereunt actu et remanent reatu/vt homicidium et similia. Ita ecōuerso fieri potest vt concupiscentia pretereat reatu et maneat actu. Ex predictis euidēter monstratur quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

De feditate quam caro ex libidine coitus contrahit vtrū in baptismo diluatur.

Bolet autez hic queri vtruz ⁊ ipsa caro in baptismo ab illa feditate purgetur quā in conceptōne ex ꝓcupiscentia libidinosa ꝓtraxit Quibusdam videtur/qz sicut anima a reatu purificatur. ita et caro ab illa pollutione purgatur. vt sicut duobus completur misterium baptismi scz aqua et spū. ita ibi duo purgentur anima scilz a reatu. ⁊ caro ab illa ꝓtagione. quod quidez probabile est. Alij vero putant tantū animam ibi mundari. carnem vo non ab illa feditate purgati. Si vero remanet illa feditas vsqz ad ꝓcreationez filiorum que fit in concupiscentia carnis. videt natura carnis magis ac magis corrumpi. et magis corrupta videtur caro prolis quaz parentis. quia de carne pollutionem quam habuit a conceptu retinenti trahitur polluta ⁊ in cōcupiscentia ꝓcipitur. vnde et polluitur et ita ex duplici causa contaminatur. Vnde maior videtur pollutio carnis ī prole quā fuerit in parente. Ad quod illi dicunt. qz licet caro prolis ex carne feda seminet ⁊ in ꝓcupiscentia concipiatur non tñ feditatem maiorem trahit quā caro vnde seminat habuerit. Quāuis etiam si fedior atqz immundior sit caro prolis. et ideo magis corrupta q̄z caro parentis. Non inde vt aiunt fit p̄ iudicium veritatis. quia nec absurdus esse dicūt. si carnis natura magis in posterioribus corrupta trahatur. neqz ex

Quibusdā dicunt in carnē mundari ab illa pollutione alij non.

Rñsio illorū.

ipsa magis corrupta anima magis inficitur.

Ex quo auctore fit illa cõcupiscentia deo scz vel alio.

Preterea queri solet vtrum ꝓcupiscentia que post baptismum remanet. et tamen penalitas ẽ ante baptismum vero pena erat et culpa ex deo auctore sit vel ex alio Ad qõ breuiter respondentes dicimus. quia ĩ quantum pena est deum habet auctorẽ Inquantum vero culpa est dyabolum siue hominem habet auctorem.

Qua iusticia aie mũde ex creatione illud peccatum imputet cum non possit vitare.

Solet etiaz queri qua iusticia teneatur illo peccato anima innocens a deo creata / cum non sit in potestate sua illõ vitare Non em̃ per liberum arbitrium illud committit quia non prius est anima quam illi peccato est obnoxia.

Responsio quorundam falsa.

Ad hoc quidã dicunt ideo animam ream esse illius peccati licet munda a deo sit creata. quia cũ infanditur corpori ꝓdelectatur carni ex quo peccatũ contrahit Quod si essz iam non originale sed actuale diceret / Potius ergo ideo recte potest dici illi imputari anime illud peccatum / quod ex corruptione corpis ineuitabilit trahit. quia vt ait aug̃. in libro de ciuitate dei. Nõ fuit corruptio corporis que aggrauat animam causa peccati primi sed pena. nec caro corruptibilis aiam peccatricem fecit. sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Vtrum illud peccatum sit voluntarium. vel necessarium.

Illud etiaz non immerito queri potest. vtrum peccatũ originale debeat dici voluntarium vel necessarium. Et necessarium potest dici. quia vitari non potest. Unde et propheta dicit. De necessitatibus meis erue me. Et voluntarium non in cõgrue appellatur. qz ex volũtate primi hominis ꝓcessit. vt augustinus in primo li. retractationum ostendit dicens. Illud quod inparuulis dicitur originale peccatum cum adhuc nõ vtantur libero arbitrio voluntatis. non absurde vocat voluntarium. quia ex prima hominis mala voluntate contractum. factum est quodammodo hereditarium.

Quare deus animam corpori iungit sciens eam inde maculari. ⁊ ideo damnari.

Si vero queritur. cur deus qui fecit animã ipsam sine macula. et scit eam ex corporis coniũctione maculam peccati contrahere. et aliquando ante baptismum se iungi ab ipso corpore. et sic damnari / eam corpori iungit. respondemus ex altitudine iudiciorum dei id prouenire. et nec iniuste id a deo fieri. Ipse enim non incõgrue humane conditionis modum. quẽ a principio instituit. licet peccata hominum intercesserint sine immutatione continue seruat. Corpora de materia a principio sine vitio facta fingens / animasqz de nichilo creãs. eorumqz cõiunctione hominez perficiens. Cum ergo vtraqz hominis natura a deo sine vitio sit instituta. licet a se peccato sit viciata. non ideo immutabilis deus. humane ꝓditionis primariam legem mutare debuit / siue ab hominum multiplicatione desistere.

An anima sit talis qualis a deo creatur.

Hic aquibsdaz q̃ ri solet. vtrum anima talis sit ante baptismuz qualis a deo creatur qd̃ non est probare conantur. hoc modo anima in corpe creatur. in cuius coniunctiõe peccato maculat. Quamcito ergo est peccatum habet. nec prius fuit quam peccatũ habuerit. Non est ergo talis qualis a deo creatur. Creatur em̃ a deo innocens ⁊ sine vitio. ⁊ nunquã talis est. Absolutio. Ad quod dici potest. quia non omnino talis et qualem eam deus fecit. Deus enim bonaz eam fecit / et bonitatem ei sine corruptione indidit. Et dicitur illa naturalis bonitas quaz in creatione a ꝓditore suscepit. quã bonitatez ꝓpt̃ peccatum penitus nõ amisit. sed vitiatam habuit / quam deus tamen sine vitio fecit. Si enim res bona nõ esset anima. in ea malum esse nequiret. Cum ñ possit malum esse nisi in bono vt post dicetur. Non ergo omnino talis est anima qualis a deo est creata. Sicut quis pollutas habens manus. non tale habuit pomũ quale ego dedi mundis manibus ego enim dedi mundum.

An anime ex creatione sint eq̃les in donis naturalibus.

Illud quoqz nõ incongrue queri solet. vtrum omnes anime ex creatione equales sint. an alie alijs excellentiores. Pluribus non irrationabiliter videtur q̃ ex ipsa creatione alia alijs excellant in naturalibus donis. vt in essentia alia alijs sit subtilior. et ad intelligendũ memorandumqz habilior. vtpote acutiori ingenio et perspicatori intellectu predita. qd̃ non improbabiliter dicitur cum in angelis ita fuisse constet. Et licet naturalibus donis alie pre alijs polleant et tamen ante baptismuz a corpe discedentes parẽ penam. et post baptismum statim equalem coronaz sortiuntur. qz ingenij acumen vel traditas premiũ vel penam ni futuro non collocat.

An peccata omniũ precedentium p̃m paruuli originaliter trahant vt peccatum ade.

Predictis adijciendum videtur an peccata precedentium p̃m ad paruulos transeant. sicut illud primi hominis delictũ in omnes carnaliter genitos diximus redundasse. ⁊ si peccata parentum trãseunt in paruulos. vtrum omnium qui fuerunt ab adam vsqz ad ipsos. an aliquorum et non omnium. DI. XXXIII

Quid super hoc aug̃. in encheridion dicere videtur

De hoc aug̃. in encheridion ambigue dissert. Videt em̃ approbare peccata parentum precedentium imputari paruulis non omnium tñ qui fuerunt ab adam ne improtabili et nimia sarcina in pena eterna grauarent paruuli. sed tantum eorꝫ parentum qui eos a quarta generatione precesserunt. Quod ꝓfirmat illis vbis quibus in exodo dominus ait. Ego sũ deus visitans iniquitates patrum vsqz in terciam et in quartam generationez quasi peccata parentum proximorꝫ tantum paruulis imputentur et non aliaquod est per moderationem diuine miserationis.

Eorum ponit documenta qui dicũt transire in paruulos parentum delicta.

Et q̃ nõ illud solum primi hominis delictum paruulos

teneat sed etiam alia illi quibus ita videtur. ex eo ꝯfirmant. q̄ etiam paruuli non modo maiores dicuntur baptisari in remissionem peccatorum per pluralem numerum non per singularem in remissionem peccati Et dauid de legitimo matrimonio ꝓcreatus dicit. In iniquitatibus ꝯceptus sum. et in peccatis ꝯcepit me mater mea. Non dicit iniquitate vel peccato. Unde putant ñ tantum illud peccatum originale / sed etiam plura quā in peccato ade reperiri possunt / et alia parentuꝫ paccarapatuulis imputari.

Q in illo vno primo peccato plura reperiuntur.

Quod vero ī actuali peccato ade plura notari veleant peccata augustinus in encheridion insinuat. Possunt inq̄t intelligi plura peccata in vna transgressione ade si in sua quasi membra diuidatur. Nam et superbia est illic. quia homo in sua potius esse quam dei potestate dilexit. Et sacrilegium. quia deo non credidit. Et homicidium quia se in mortem precipitauit. Et fornicatio spiritalis. quia integritas mentis humane serpentina suasione corrupta est. Et furtum. quia cibus ꝓhibitus ⁊ vsurpatus est. Et auaricia / quia plusq̄ sufficere illi debuit. appetiuit et si quid aliud in hoc vno inueniri potest.

De parentum peccatis an paruulos teneant.

Deinde de parētum precedentium peccatis vtrum paruulis imputentur magis opiniando q̄ asserendo disceptat ita inquiens. Parentum peccatis paruulos obligari. nō solum primorum hominum / sed etiam suorum / de quibus ipsi nati sunt nō improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina sententia. reddam peccata patrum in filios. tenet eos ante regenerationē vsq̄ adeo vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat. In iniquitatibus ꝯceptus sum. et in peccatis concepit me mater mea. Non dixit iniquitate vel in peccato. cum et hoc recte dici posset. Sed iniquitates ⁊ peccata dicere maluit. quia et in illo vno quod in omnes homines pertransijt. atq̄ tā magnum est vt in eo mutaret humana natura reperiuntur sicut supra disseruit plura peccata et alia parentum que nō ita possunt mutare naturam. reatu obligant filios nisi gratia dei subueniat. Sed de peccatis aliorum parentum q̄bus ab ipso adam vsq̄ ad patrem suuꝫ pro generationib⁹ suis quisq̄ succedit non immerito disceptari potest. vtrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur vt tanto peius quanto posterius quisq̄ nascatur. An propterea de⁹ in terciam et quartam generationē de peccatis parentum posteris eorū comminetur / quia iram suam quantum ad ꝓgeneratorum culpaꝫ non extendit vlterius moderatione miseratōis sue ne illi quibus regenerationis gratia non ꝯfertur nimia sarcina in ip̄a eterna dānatione premerent si cogerentur ab ipso initio generis humani. omnium precedentiū parentum suoruꝫ originaliter peccata ꝯtrahere. et penas pro eis debitas pendere. An aliq̄d aliud de re tāta scripturis sanctis diligentius ꝑscrutatis ac tractatis valeat vel non valeat reperiri. / temere affirmare non audeo Ecce perspicuum fit lectori aug⁹. superiora dixisse non asserendo. sed diuersorum opiniones referendo.

Ostendit aug⁹. sibi forte contrarium si id sentiret.

Alioquin sibi ip̄i contradicere ostenderꝫ qui in eodem libro omnium mitissimaꝫ dicit esse penā

paruuloꝝ q̄ originali tantū tenent̄ peccato. his verbis Mitissima sane pena eoꝝ erit/qui preter peccatum qđ originale ꝯtraxerunt. nullum insuper addiderunt. ⁊ in ceteris qui ⁊ addiderunt. tanto quisq; ibi tolerabiliorez habebit damnationem. quanto hic minorem habuit iniquitatem Ecce hic aperte dicit paruuloꝝ penam omnium aliaꝝ penarū esse leuissimam. Quod si est. non ḡ peccatis patꝝ precedentium obligant̄/ nisi ade. Si enim ꝓ peccatis parentū actualib⁹ eternaliter punirent̄. qꝛ ꝓ suo originali non iaz minus/ ꝑ forte magis q̄ ipsoꝝ ꝑentes punirent̄ Nō ḡ ꝓ pc̄is ꝑentū actualib⁹ nec ec̄ ꝓ actualib⁹ p̄mi ꝑentis. ꝑ ꝓ originali qđ a parētib⁹ trahit̄/paruuli damnabunt̄. ꝓ eo nullam aliam ignis materialis vel ꝯscientie v̄mis penaz sensuri. nisi q̄ dei visione carebunt imperpetuum. Uno ergo ⁊ non plurib⁹ peccatis ꝑuuli obligati sunt Uñ etiam ea quib⁹ illa opinio muniri videtur. s. q̄ peccata et iniquitates in ꝑuul' aliqñ scriptura eē significat vtētes plurali numero. Ita determinat augustinus in eodem libro. qꝛ in scriptura per singularem numeꝝ pluralis numer⁹ sepe significari solet. vt ibi. Ora ergo ad deum vt auferat a nobis serpentez. nō ait serpentes q̄s patiebat̄ populus Et econuerso ꝑ pluralem significat̄ singularis numerus vt in euangelio. Mortui sunt em̄ qui querebant animaz pueri. non ait mortuus est. cum loqueret̄ de herode Et in exodo Fecerunt deos aureos cum vnum fecerunt vituluz. de quo dixerunt. Isti sunt dñ tui israhel. Ita ⁊ illud originale vnum plurali numero significat̄. Cum dicimus ꝑuulos in peccatoꝝ remissionez baptizari ⁊ in peccatis vel iniquitatib⁹ ꝯcipi.

Determinatio eorū q̄ illi opponebant

An actuale peccatū ade sit grauius ceteris.

Hic queri solet vtꝝ peccatum ade transgressionis ex q̄ ꝓcessit originale. ⁊ in quo plura superius notata sunt peccata grauius fuerit ceteris peccatis. Quibusdaz ita esse videtur qꝛ illud peccatum totaz humanā naturam mutauit. sicut aug̃. dicit in encheridion. Illud vnum peccatū in loco ⁊ habitu tante felicitatis admissum tā magnum est. vt in vno homine originaliter vt ita dixerim radicabilit̄ totū genus humanuz damnaret̄. Idez in libro de ciuitate dei. Tanto maiori in iusticia violatum est illis mandatum quāto faciliori poterat obseruātia custodiri. Nondum em̄ ipsi voluntati cupiditas resistebat. qđ de pena transgressionis postea secutum ē. His alijsq; vtunt̄ autoritatib⁹ q̄ illud peccatum ceteris aliorum hominum peccatis grauius eē dicunt Qđ etiam ratione oñdere laborāt hoc modo. Magis nocuit illud peccatum q̄ aliqđ alioꝝ. qꝛ totum humanuz genus vitiauit/ac morti vtiq; subdidit qđ nullo alio peccato factum est. Maiorem ergo effectum mali habuit illud peccatum q̄ aliqđ aliud.

Quare q̄busdam magis esse videtur ceteris.

Responsio contra illos vbi alia peccata ostendunt̄ illo maiora.

Ad quod dici potest qꝛ licz illud peccatum humanaz naturam mutauerit in necessitatem mortis ⁊ in totum genus humanuz reatum diffuderit. non est tñ putandū grauius fuisse peccato in spiritum sanctuz. quod neq; h̄ neq; in futuro vt veritas ait dimittit̄. Q̄ vero totam humanam naturam corrupit. nō ideo est qꝛ fuit ḡuius cunctis alijs peccatis. Sz qꝛ ab homine ꝯmissuz ē qñ in vno homine tota humana natura ꝯsistebat. et iō tota in eo corrupta est. Maioremq; effectum mali intulit/q̄tuz ad multiplices defectus qui ex eo manauerunt sed non q̄tuz ad penam eternam quaz grauiorez nō meruit/quaz plures postea meruerunt per alia peccata. immo alios grauiorem ꝓ

meruisse credim⁹ iraz q̄ adaz meruerit

An illud peccatum sit primis dimissum parentib⁹.

Si autem queritur vtꝝ illud peccatum fuerit dimissum primis parentib⁹. Dicimus eos ꝑ penitentiam veniam ꝯsecutos. Unde augustinus in libro de baptismo paruuloruz ait. Sicut illi primi parentes postea iuste viuendo credunt per domini sanguinem ab extremo liberati supplicio. non tñ in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari. sic ꝛ caro peccati etiaz remissis peccatis. si homo in ea iuste vixerit non ꝯtinuo meret eam mortez non perpeti quam traxit de ꝓpagine peccati.

Q̄ peccata parentum visitant in filios. et q̄ non sunt aduersa que deus dicit in exodo ꝛ in ezechiele.

Et licet peccatis parentum nisi ade paruuli non obligentur. non est tamen diffitendum peccata parentum in filios redundare. sicut dominus in exodo ad moysen ait. Ego sũ deus fortis zelotes visitans iniquitates patꝝ in filios vsq̄ in terciam ꝛ quartaz generationem his q̄ oderunt me. His verbis aperte insinuat / q̄ deus reddit peccata patꝝ super filios tercios ꝛ q̄rtos. Huic autez videt aduersari quod dominus ait in ezechiele. Quid est q̄ int vos parabolam vertitis in ꝓuerbium istud dicentes. Patres comederẽt vuam acerbam ꝛ dentes filioꝝ obstupescunt. Viuo ego dicit domin⁹. hec erit vobis vltra ꝑabola. h̄ in ꝓuerbiũ Oẽs anime mee sunt vt anima patris / ita et anima filij mea est. Et anima q̄ peccauerit ipsa morieť. Filius non portabit iniquitatem p̄ris. ꝛ pater non portabit iniquitatem filij. Iusticia iusti sup eum erit / ꝛ impietas impij super eũ erit His verbis videt deus corrigere ꝓphetam q̄ maledixerit in lege. Si enim peccata patꝝ reddit in terciam ꝛ quartaz generationẽ In iusticia videt esse dei vt alius peccet ꝛ alius puniat. Quomodo enim iustum est alium peccare. et alium peccata lugere.

Auc̄tas ezechiel' q̄ videt adu̇sari legi.

Determinatio premissaruz autoritatum / conuenientiaz ostẽdens.

Bz vt ait hierõimus ne lex ꝛ ꝓphete. i. exod⁹ ꝛ ezechiel immo ipse deus q̄ ꝛ hic ꝛ ibi locutus ẽ in sententijs discrepare videat. attendamus finem illius autoritatis exodi. Dicto enim. reddam iniquitates patꝝ in filios. addit. his qui oderũt me. per qd̄ euidenter ostendit. non iõ punire filios / quia peccauerunt patres. ꝑ qꝛ eis similes quodaz hereditario malo deum oderunt Illud ergo qd̄ in exodo dominus dicit / sicut hieronimus tradit. non id sonat qd̄ multi existimant. nec est simile huic ꝓuerbio. Patres comederẽt vuam acerbam ꝛc̄. Illud enim exodi hieronimus super ezechielem. Et augustinus super psalmum. Deus laudẽ meam ne tacueris. de filijs peccata patrũ imitantib⁹ accipiendum censent. super quos dicit deus reddere peccata patꝝ qꝛ punit eos / eo q̄ imitant peccata patrum. non qꝛ patres peccauerunt Non itaq̄ corrigit dominus ĩ ꝓpheta quod ante dixerat in lege. ꝑ quomodo intelligenduz sit aperit. Unde ꝛ illos qui p̄ue intelligebant arguit qui dicebant patres comederunt ꝛc̄.

Quare dixerat ĩ terciã ꝛ quartam generationẽ. ꝛ quare patres eoruz tm̄ commemorauit

Veruntamen si de imitatorib⁹ maloꝝ illud accipit. q̄re terciam ꝛ quartam generationez tm̄

commemorauit. cum in qualibet rei generatione teneant qui peccata patrum imitant. ⁊ quare patres commemorauit. Cum ⁊ illi omnes mali sint q̄ quorumlibet maloꝝ peccata imitant Sed ideo patres specialiter nominauit. qꝛ maxime patres filij imitari solent. q̄s p̄cipue diligunt ⁊ terciam ⁊ quartam generationem ideo memorauit. qꝛ solent parentes interdum tamdiu viuere donec filios tercios ⁊ quartos habeant. q̄ patꝝ iniquitates videntes/ eoꝝ impietatis heredes per imitationem efficiuntur. ꝑm hunc modum recte intelligitur ad literam quod in exodo dicit.

Quomodo illud exodi intelligi debeat ꝑm misterium.

Quod etiam mistice intelligendum esse ostendit/ ex eo q̄ parabola dicit. Si enim parabola ē vt ait hieronimus. aliud verbis sonat aliud sensu ꝯtinet. Unde aliqui ita edisserunt patrem in nobis esse dicunt leuē punctum sensuum scꝫ primuꝫ motū suggestionis vel cogitationis. filium vero si cogitatio ꝯceperit peccatum/ in quo notat ꝯsensus ⁊ delectatio mulieris nepotem. si quid cogitaueris atq̄ ꝯceperis/ opere compleueris vel cōplere decreueris/ in quo notatur ꝯsensus viri siue patratio peccati. ꝓ nepotem autem si non solum feceris/ ꝑ si in eo glorieris ⁊ hec est quarta generatio. non qꝛ tres precesserint. ꝑ quarta dicit/ qꝛ quarto loco a primo motu qui est quasi pr̄ enumerat. Deus ergo primos ⁊ secundos stimulos cogitationum quos greci propathesis vocant sine quibus nullus hominum esse potest non puniet eternalit̄ Sed si cogitata quis facere decreuerit ⁊ que fecit corrigē noluerit q̄ sunt mortalia peccata et tercia ⁊ quarta generatio.

Per quid ꝓbet q̄ prim⁹ motus non puniat eternaliter.

Ad probandum vero vt ait hieronimus q̄ primus pulsus cogitationis nō puniat eternalit̄ a deo. illd̄ de genesi asserendū est Chain enim peccauit irridens nuditatem patris. ⁊ sentenciaꝫ non ipse ꝑ filius eius chanaan accepit. Maledictus chanaā seruus erit fratꝝ suoꝝ. Que enim iusticia est vt pater peccauerit ⁊ filius punitus sit. ꝑ ministerio illud dictum est.

Que de peccato animaduertēda sint.

Post predicta de peccato actuali diligenti indagine quedā consideranda sunt scꝫ q̄ fuerit origo ⁊ causa primi peccati vtꝝ res bona. an res mala. postea in qua resit peccatum. deinde quid sit peccatuꝫ ⁊ quot modis fiat. ⁊ de differentia ipsorum peccatoꝝ. DI XXX IIII

Que fuit origo et causa peccati prima.

Causa et origo prima peccati res bona extitit. quia ante primum peccatum non erat aliquid malum vnde oriret Cum enim originē ⁊ causam habuerit. aut ex bono aut ex malo habuit Sed malum ante nō erat ex bono ergo ortum est Prius enim in angelo ortum est peccatum. ⁊ postea in homine. Et quid erat angelus nisi bōa natura dei. Non ex deo ortum est malum/ qd̄ fuit in angelo. nō ex alio q̄ ex angelo. ex bono ḡ ortum est. Unde augustinus in responsionib⁹ ꝯtra iulianuꝫ hereticum q̄ dixerat. Si ex natura peccatuꝫ est/ tunc mala est natura ait Queso vt si potest respondeat. Manifestū est ex voluntate mala tanq̄ ex arbore fieri omnia opera mala/ tanq̄ fruct⁹ malos. ꝑ ipsam malam voluntatem vnde

dicit exortam nisi ex bono. Si enim ex angelo. quid est angelus nisi bonus op' dei. Si ex homine. quid erat ipse homo nisi bonum opus dei. immo qd erāt hec duo anteq̃ in eis oriret mala volūtas. nisi bonum op' dei ⁊ bona ⁊ laudanda natura. Ergo ex bono orit malum. nec fuit vnde oriri posset nisi ex bono. Dico ergo qr ex voluntate mala / nullum malum precessit. ꝗ ex bono originem habuit. Hic aperte dicit primam causam ⁊ originem mali bonaz fuisse naturam. Et nihilominus ostendit cuius peccati fuerit causa. s. male voluntatis

¶ Qr mala voluntas secundaria causa fuit malorum.

Mala autem vo

luntas illa angeli ⁊ hominis causa ē etiam malorz subsequentium. s. malorum operz ⁊ malarz voluntatum Unde aug. in encheridion. Nequaq̃ dubitare debemus rerz bonarz que ad nos pertinēt causam non esse nisi bonitatē dei Malarz vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem. prius angeli postea hominis. Hoc primuz est creature rōnalis maluz. i. prima priuatio boni. Ecce habes primam voluntatem boni mutabilis. i. angeli vel hominis ⁊ deficientem ab immutabili bono id est a deo causaz esse malarz reruz ad nos pertinentium. qr causa est tam peccatorz q̃z penarz quib' premit humana natura. Prima ergo origo ⁊ causa peccati bonum fuit. ⁊ secunda maluz quod ortum est ex bono.

¶ In qua re sit peccatum. an in bona. an in mala ⁊ dicit qr in bona tantum.

Ostensa origine

mali / superest videre in qua re sit malū id est an in re bona. an in re mala Qui recte acuteq̃z sapit. non nisi in bono malum esse intelligit id ē in natura bona. Malum em̄ est corruptio vel priuatio boni. vbi aūt bonum non ē. non potest esse corruptio vel priuatio boni. Peccatum g̃ non potest esse nisi in re bona. Sicut em̄ morb ac vulnerib' corrumpūtur corpora / que vt ait aug. in encheridion sunt priuationes eius boni qd dicit sanitas. ita ⁊ animorz quecūq̃z sunt vicia. naturalium sunt priuationes bonorum. Quid est enim aliud qd malum dr / nisi priuatio boni. Bonum em̄ minui malum est / quamuis quantumcūq̃z minuat. necesse est vt aliquid remaneat. si adhuc natura est. Non em̄ ꝓsumi potest bonum qd est natura nisi et ipsa ꝓsumat. Cum vo corrumpit iō maluz est eius corruptio. qr eaz qualicunq̃z p̄uat bono. Nam si nullo bono priuat / ñ nocet. Nocet autez. adimit ergo bonū quamdiu itaq̃z natura corrumpit. inest ei bonum q̃ priuet. Ac per b̄ nullum ē qd dicit malum. si nullum sit bonuz. ꝗ bonum omnino malo carens. integrum bonum est. Cum vero inest malum. viciosum bonum est. nec malum vnq̃z pōt esse vllum vbi est bonum nulluz. Unde res mira ꝓficit. vt qr omnis natura inquantum natura est / bonum est. nichil aliud dici videat cum viciosa est natura mala natura esse dr. nisi malum esse qd bonum est. nec malum esse nisi quod bonum est. Hac ꝓtextione euident insinuat. malum nō posse esse nisi in re bona. vbi etiam licz absurdum videatur / manifeste dicit esse malū quod bonuz ē

¶ Qr ex premissis sequitur scz q̃ dicitur malus homo. dicitur malum bonum.

Ex quo colligit

nihil aliud significari cum dicit hō malus. nisi bonum malum. Unde aug. in eodem subdit. Quid est malus hō nisi mala natura. Quia homo natura est. Porro si homo aliquod bonum est. qr natura est. quid aliud est malus homo /

nisi malum bonū. Tamen cum duo ista discernimus. inuenimus nec ideo malū quia homo est. nec ideo bonum quoniā iniquus. Sed bonum. quia homo malum quia iniquus. Omnis itaq; natura etiam si viciosa sit. inquantum natura est bona est. inquantum viciosa est mala est.

Ex regula dyaleticorum de cōtrarijs fallit in his scilicet bono et malo.

Ideoq; in his contrarijs que mala et bona vocant' illa dyaleticorum regula deficit. qua dicunt nulli rei duo simul inesse ꝯtraria. Nullus enim potus aut cibus simul dulcis est et amarus. Nullum simul vbi albū ibi ⁊ nigrum. et h̄ in multis ac pene in omnib' reperitur ꝯtrarijs vt in vna re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat esse ꝯtraria non soluz simul esse possunt. ꝑ mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse nō possunt. Et hec duo cōtraria ita simul sunt vt si bonum non esset in quo esset ꝓrsus nec malum esse potuisset. Quia non modo vt ꝯsisteret ꝑ vnde oriretur corruptio non haberet. nisi esset qđ corrumperet'. quoniam nihil est aliud corruptio q̄ boni exterminatio Ex bonis ergo mala orta sunt et nisi in bonis nō sunt. nec fuit ꝓrsus vnde oriretur vlla mali natura. nisi ex angeli et hominis natura bona. vnde primitus orta ē voluntas mala.

Epilogum facit ad alia transiturus.

Ex his aperitur quod primo et secundo supra diximus inuestigandum scz que fuerit origo mali. et in qua re sit. Ex bona enim re ortum. et in bona re ꝯsistere premissis testimonijs comprobat'.

Sententie illi qua dictum ē bonum esse maluz opponitur de prophecia que ait Ue his qui dicunt bonum malum.

Ad hoc autez qđ dictum est malum esse qđ bonum est. q̄dam sic opponunt. Si bonum maluz esse dicimus incidimus in illam sentenciam ꝓpheticam vbi legitur. Ue his qui dicunt bonum malum. et malum bonū Igit' si hanc maledictionem vitare volumus nullatenus dicere debemus bonum esse malum et econuerso. Hoc autem aug'. in eodez libro determinat dicens. Id qđ dictuz est in ꝓphecia intelligendum esse de ipsis reb' quib' homines mali sunt non de hominib'. Unde qui adulterium dicit bonum in euz cadit illa ꝓphetica detestatio. et in euz q̄ dicit malum esse hominez vel bonuz esse iniquum. qui enim dicit hominem in quantum homo est malum esse et bonitatem esse iniquitatem op' dei culpat quod homo et vicium hominis laudat quod est iniquitas.

Determinatio augustini

Quid sit peccatum.

DI XXXV

Post hoc videndum est quid sit peccatum Peccatuz est vt ait augustinus. omne dictum vel factum vel ꝯcupitum quod fit contra legem dei. Idem in libro đ duabus animab'. Peccatum est voluntas retinendi vel cōsequendi quod iusticia vetat. In vtraq; assignatione đ actuali peccato agitur et mortali non veniali. Ex prima descriptione ostendit' peccatum esse voluntas mala. siue locutio et operatio praua. i. act' malus taz interior q̄ exterior. ex altera vero tantū ostendit' esse actus interior. Voluntas enim vt in superioribus dictum est motus animi est. act' ergo interior ē. Ambrosius quoq; in li. de paradiso ait Quid

est peccatum nisi preuaricatio legis diuine / ⁊ celestium inobedientia preceptorum. ergo in preuaricante peccatuz ē ꝑ in mandante culpa non est. Non eniz consisteret peccatum si interdictio non fuisset. Non ꝯsistente autem peccato. ñ solum malicia. sed etiam virtus fortasse nō esset. Que nisi aliq̄ malicie fuissent semina. vel subsistere. vel eminere non posset. Ecce preuaricationem legis et inobedientiam diffinit ambrosius esse peccatum.

Diuersorum sentencias d̄ peccato ponit.

Triplex opinio de peccatis.

Quocirca diuersitatis huius verboꝝ occasione de peccato plurimi diuersa senserunt. Alij enim dixerunt voluntatem malam tantum esse peccatuz. et non actus exteriores. Alij voluntatem ⁊ actus. alij neutrum dicentes omnes actus esse bonos et a deo ⁊ ex deo auctore esse. Maluz autem nihil est vt ait augustinus sup iohannem. Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nihil. id est peccatum quod nichil est. et nihil fiunt homines cum peccant. Supra etiaz dixit augustinus / q̄ malum est priuatio boni vl' corruptio boni. q̄ etiam in li. lxxxiiij. questionum ait. Summum malum nullum moduz habet. caret enim omni bono. At modus aliquid boni est / nō igitur est. quia nulla specie continetur. totumq̄ hoc nomen mali de speciei priuatione repertum est. Item in dogmatibus ecclesiasticis dicit' malum vel maliciam non esse a deo creatam ꝑ a dyabolo inuentam / qui et ipse bonus creatus est. Idem etiam in libro contra manicheos. quid sit peccare ostendit dicens Peccare quid aliud est nisi in veritatis preceptis vel in ipsa veritate errare. Quod si non voluntate faciunt / peccatores iniuste iudicantur. Quid ergo in hac tanta varietate tenendum quid dicendum est.

Vera sentencia de peccato proponitur.

Sane dici potest et libere tradi debet. Peccatū esse actum malum interiorem et exteriorē. s. malam cogitationem locutionez ⁊ opationem. Precipue tamen in voluntate consistit peccatum. ex qua tanq̄ ex arbore mala. procedunt opera mala. tanquaz fructus mali.

Vera snia de peccato ponitur hic

dogmatibus scriptum est. Firmissime tene primos homines bonos et rectos esse creatos cum libero arbitrio q̃ possunt si volunt propria voluntate peccare. eosq̃ non necessitate/ sed ꝓpria voluntate peccasse. Recte ergo dicit homo naturaliter velle bonum quia in recta et bona voluntate conditus est. Superior enim scintilla rationis que etiã vt ait iero. in caym nõ potuit extingui bonum semper vult. ⁊ malum semp odit. alium autem dicunt motum esse mẽtis quo mens relicta superiorum lege. subicit se peccatis. eisq̃ oblectat. Iste motus vt aiunt. anteq̃ assit alicui gratia dominatur et regnat in homine. alterumq̃ deprimit motum. vterq̃ tamẽ ex libero arbitrio est. Veniente autem gratia. ille malus motus eliditur. ⁊ alter naturaliter bonus liberatur et adiuuatur vt efficaciter bonum velit. Ante gratiam vero licet naturaliter homo velit bonum. Non tamen absolute concedi oportet bonam habere voluntatem. sed potius malam. Alij autem dicunt vnam esse voluntatem id est vnum motum quo naturaliter vult homo bonum et ex vicio vult homo malum. eo q̃ delectatur. et inquantum vult bonum naturaliter bonus est. inquantum malum vult/ malus est.

Alior respõsio fm alios

An ex fine omnes actus pensati debeant vt simpliciter boni vel mali dicantur.

DI XL

Post hec de actibus adiciendum videt vtrum et ipsi ex fine sicut voluntas pensari debeant boni vel mali. licet enim fm quosdam omnes boni sint inquantum naturaliter sunt/ non tamẽ absolute dicendi sunt omnes boni. nec omnes remunerabiles. sed quidam mali simpliciter dicuntur. sicut ⁊ alij boni Nam simpliciter ac vere sunt boni illi actus qui bonam habent causam ⁊ intẽtionem id est qui voluntatem bonam comitantur. et ad bonum finem tendunt. Mali vero simpliciter dici debent/ q̃ peruersam habent causam ⁊ intentiõem vnde ambrosius ait. Affectus tuus opi tuo nomen imponit. et augustinus sup psalmum tricesimum primum. Nemo computet bona opera sua ante fidem. Ita enim videtur mihi esse vt magne vires et cursus celerrimus. preter viam quia vbi ipsa fides non erat. bonum op' non erat. Bonũ enim opus intentio facit. Intentionem fides dirigit. Nõ valde attendas quid homo faciat/ sed q̃d cum facit attendat. quo lacertos optime gubernationis dirigat Pis testimonijs insinuare videtur ex affectu et fine opera bona esse vel mala quibus cõsonat quod veritas in euangelio ait. Nõ potest arbor bona fructus malos facere neq̃ arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris ñ natura humane mẽtis sed voluntas intelligitur. que si mala fuerit/ non bona sed mala opera facit Si vero bona fuerit/ bona non mala facit opera.

Qui actꝰ simpliciter boni dicendi sint

Qui simpliciter mali.

Vtrum omnia opera hominis ex affectu et fine sint bona vel mala.

Bz q̃ritur vtrũ omnia opera hominis ex affectu et fine sint bona vel mala. Quibusdam ita videtur esse qui dicunt omnes actus esse indifferentes vt nec boni nec mali p se sint. Sed ex intentione bona bonus. ⁊ ex mala malus sit omnis actus. Secundum quos quilibet actus potest esse bonus si bona intentiõe geratur. Alijs autem videtur q̃ quidam actus in se mali sint ita vt ñ possint esse nisi peccata etiã si bonam habeant causam. et quidam in se boni. ita vt et si malam habeant causam non tamen boni esse desinant. Nõ testimonio aug̃. confirmant qui dicit bonum aliquando non bene fieri. Nõ enim quis inuitus vel necessitate facit nõ bene facit. quia non bona facit intentiõe

Opinio quorundam q̃ dicunt omnes actus indifferentes.

vt ait augustinus super iohannez. Per uilis inquit timoz non est in caritate in quo quamuis credatur deo non tamen in deum. et si bonum fiat non tamen bene. Nemo enim inuitus bene facit etiã si bonum est quod facit. Ecce habes q̃ aliquis non bene facit illud q̃d bonum est. Facit ergo quod bonum est intentione non bona. Ideo asserunt illi que daz opera esse talia que sic bona sunt q̃ mala esse nõ possunt quocunq̃z modo fiant. sicut econuerso quedaz sic sunt mala. vt nõ possint esse bona quacunq̃z ex causa fiant. alia autem esse opera. que ex fine vel ex causa bona sunt vel mala et ad illa referunt sanctozuz testimonia quibus ex affectu vel intentione iudicium operum pensari dicunt. Triptitam edunt isti differentiam actuum.

Aliter augustinus sentire videtur qui dicit opera hominis esse bona vel mala ex intentione et causa et preter quedã que per se peccata sunt.

Sed augustinus euidentissime docet in libro ꝓtra mendacium omnes actus ꝓm intentionez et causam iudicandos bonos vel malos ꝑ ter quosdam qui ita sunt mali vt nunq̃z possent esse boni. etiam si bonaz videãtur habere causaz. Interest Augus. inquit plurimuz qua causa. quo fine. qua intentione quid fiat. Sed ea que ꝓstãt esse peccata. nullo bone cause obtentu nullo quali bono fine. nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea q̃ppe opera hominuz. si causas habuerint bonas vel malas. nunc sunt bona. nunc mala. que nõ sunt per seipsa peccata sicut victũ prebere pauperib' bonum est. si sit causa misericordie cum recta fide. z cõcubitus coniugalis quando fit causa generandi. si ea fide fiat vt gignantur regenerandi. hec rursus mala sunt si malas habeant causas velut si iactantie cã pascitur pauper. aut lasciuie causa cuz vxore concumbit. aut filij generantur non vt deo sed vt dyabolo nutriantur. Cum vero opera ipsa ꝑ se peccata sunt vt furta / stupra / blasphemie / quis dicat causis bonis esse facienda vel peccata non esse. vl' quod est absurdius iusta peccata esse. Quis dicat furemur diuitibus vt habeamus quid demus pauperibus. aut falsa testimonia proferamus / non vnde innocentes ledantur sed potius saluent. duo enim bona hec sunt vt inops alatur. et innocens non puniat. aut quis dicat adulterium esse faciendum vt per illam cum qua fit homo de morte liberetur. Testamenta etiam vera cur non supprimimus z falsa supponimus. ne hereditates habeant qui nihil boni agunt. Sed hij potius qui indigentes adiuuant cur nõ fiant illa mala propter hec bona / si propter hec bona. nec illa sunt mala. Cur non ab immundis meretricibus que ditant stupratores rapiãt diuitias vir bonus. vt indigentibus eas largiatur. Cum maluz nullum malum sit si pro bono fiat / quis hoc dicat nisi q̃ res humanas moresq̃z conatur et leges subuertere / quod eniz facimus non dicat' recte fieri posse nec impune tantum. verum etiam gloriose vt in eo non timeatur supplicium / ꝑ spe retur et premiuz si semel concesserimus in malis actibus non quid fiat / ꝑ quare fiat est querendum. vt quecunq̃z ꝑ bonis fiunt causis / nec ipsa mala. esse iudicentur. At iusticia merito punit eum q̃ dicit se subtraxisse superflua diuiti vt preberet pauperi. z falsarum. qui alienum corrupit testamentũ vt is esset heres qui faceret elemosinas largas. non ille qui nullas. z eum qui se fecisse adulterium ostendit. vt per illam cuz qua fecit hominem de morte liberet. Dz dicet aliquis ergo equandus est fur cuilibet furi qui voluntate misericordie furatur. Quis hoc dixerit. sed hoz duorum non ideo quisq̃z est bonus. quia peior est vnus. Deior enim est qui concupiscendo / q̃z qui miserando furat / sed si furtum omne peccatum est / ab omni

furto abstinendum est. Quis enim dicat esse peccandum etiam si aliud sit grauius. aliud leuius peccatum. Nunc autem querimus quis actus peccatum sit vel non. Non quid grauius sit vel leuius. intende lector propositis verbis tota mentis consideratione que non inutilem habent exercitationem et dinosces quis actus sit peccatum qui scilicet malam habeat causam. nec ille tantum quia sunt nonnulli actus qui ⁊ si bonam habeant causam/tamen peccata sunt vt supra positum est. Ex quo consequi videtur quia non semper ex fine iudicat voluntas siue actio mala sicut in illque per se peccata sunt. Illa enim cum quis gesserit pro aliqua bona causa bonum videtur habere finem nec ex fine voluntas ē mala. nec ex voluntate actō fit mala. sed ex actione volūtas fit praua In quibus aliqui ponunt actum iudeorum qui crucifigendo christum arbitrabantur se obsequium prestare deo. quia bonum finem dicunt eos sibi posuisse scilicet dei obsequium. ⁊ tamen voluntatem eorum ⁊ actionem peruersam fore asserunt. De bonis autem nulla fit exceptio in pmissis vbis aug. qn oīs volūtas bona ex fine sit bona. ⁊ ex volūtate omnis actio bona/bona est. Sed non omnis mala voluntas ex fine mala est Nec omnis mala actio ex fine ⁊ ex voluntate mala est. et omnis qui habet malam causam mala est/sed non omnis que bonam causam habet bona est Ideoq; cū ex affectu dicitur nomen imponi operi/in bonis operibus generaliter vera est hec regula. sed in malis excipiunt illa que per se mala sunt. Omnia ergo hominis opera fm intentionem et causam iudicantur bona vel mala exceptis his que per se mala sunt id est que sine preuaricatione nequeunt fieri.

¶ Quidam dicunt predicta non posse fieri bono fine.

Que tamen quidam contendunt nunq; habere bonam causam Qui enim aliena furatur ⁊ pauperibus tribuat/non pro bono vt aiunt furatur. Non em̄ bonum est aliena pauperibus erogare. Qui enim de rapina sacrificium deo offert idem facit vt autoritas ait. ac si immolaret filium in cōspectu patris victimet vel sacrificiū carnis deo offerat. Abhominabilis nempe deo est impiorum oblatio. Ita etiam ⁊ hominem per adulterium a morte liberare malum esse dicunt. Etsi em̄ bonum sit hominem a morte liberare. tamen sic hominem liberare malum fore asserunt. Ideoq; aug. in superiorib' dicunt temperasse sermonem. cautecq; locutum vbi ait. Ea que constat esse peccata et nullo quasi bono fine/nulla velut bona intentione facienda. Non em̄ simpliciter dixit bono fine et intentiōe bona/sed addidit quasi ⁊ velut. quia talia non fiunt bono fine. ⁊ bona intentione. sed intentione que videtur bona. ⁊ fine qui putatur bonus sed non est Nec ideo excepit aug. ista vt aiunt quin causas habeant malas. Sed qr causas habent que videntur bone. sunt tm̄ male.

¶ An omnis intentō vel actio eorum qui carent fide sit mala.

DI XLI

Quinq; intē tio vt supra dictum est bonum opus faciat. ⁊ fides intentionem dirigat/non immerito queri potest. vtrum omnis intentio omneq; illorum opus malum sit qui fidem nō habent. Si enim fides intentionem dirigit. ⁊ intentio bonum op' facit/ vbi nō est fides/ nec intentio bona. nec opus bonum esse videtur. quod a quibusdam non irrationabiliter astruitur. q dicunt omnes actiones ⁊ voluntates hominis sine fide malas esse que fide habita bone existunt. Unde apostolus ait. Omne quod non est ex fide peccatū est Quod

¶ Quidā dicūt omnes actiones hois sine fide esse malas que in fide bono sunt.

exponens augustinus ait. Omnis infi/delium vita peccatum est. ⁊ nichil bo/num est sine summo bono. vbi deest ag nitio eterne veritatis/ falsa virtus ē eti am in optimis moribus. ⁊ iacobus in e pistola canonica ait Qui offendit ī vno scz in caritate/factus est omniuz reus. Qui ergo fidem ⁊ caritatem non habet omnis eius actio peccatum est. quia ad caritatem non refertur Quod enim ad caritatem non refertur. vt supra memi nit aug̃. non fit quemadmodum fieri. oportet. Ideoq; malum est Non ergo mandata custodit q̃ caritate caret. qz sine caritate nullum mandatorum cu/stoditur. vnde aug̃. super epistolaz ad galathas ait. Custoditionem legis di/cit apostolus. non inebriari. non occi/dere/non mechari. ⁊ alia huiusmōi ad bonos mores pertinentia que sine cari tate fide ⁊ spe impleri nōpossunt Nul/lum ergo mandatum implet nullumq; bonum opus facit qui fidem et carita/tem non habz. Impossibile est enim vt ait apostolus sine fide aliquid placere deo. que ergo sine fide fiunt bona non sunt quia omne bonum placet deo.

Autoritatib⁹ moniunt suaz opinionem.

Q: sine carita te non custo/diunt manda ta.

Que premisse sentencie obici/untur ex verbis augustini.

His autez obicit

quod supra dixit aug̃. scz q̃ in seruili ti more et si bonum fiat non tamen bene. Nemo inuitus bene facit etiaz si bonū est quod facit. Hic enim dicit bonū fie ri ꝗ non bene ab illo qui caritatem non habet. Qui enim seruiliter timet cari/tate vacuus est. de quo tamen hic dic̄. qz bonum facit. sed non bene. qui etiaz super illum locum psalmi. turtur inue/nit sibi nidum vbi reponat pullos suos dicit q̃ iudei heretici ⁊ pagani opa bo/na faciunt. quia vestiunt nudos. et pa/scunt pauperes. ⁊ huiusmodi/sed nō in nido ecclesie. id est in fide. ⁊ ideo ꝓcul/cant pulli eorum. Quibus illi respon/dent dicentes bona opera appellari hu iusmodi que sine caritate fiunt. nō quia bona sint quando sic fiunt. quod euidē ter supra aug̃. docuit. ꝗ quia bona es/sent si aliter fierent. que etiam sui gene re sunt bona. sed ex affectu fiunt mala

Aliorum sententia de premis/sa questiōe qua querebatur si omnis actio eorū mala est qui fidem non habent.

Alij vero qui tri

phariam distinctionem actuum faciunt opera cuncta que ad nature subsidium fiunt semper bona esse astruunt Sed q̃ augustinus mala esse dicit si malas ha/beant causas. non ita accipiendum est quasi ipsa mala sint. sed quia peccāt et mali sunt qui ea malo fine agunt Item et illud aliud scz bonum opus intentio facit. ⁊ intentionem fides dirigit. de/terminant dicentes ibi bonum vocatuz quod remunerabile est ad vitaz. non q̃ illud sit solum bonum opus. immo etiā alia plura. licet non ea ratione qua il/la fit bona. Bonum enim multipliciter accipitur scz ꝓ vtili. pro remunerabili. ꝓ signo boni. ꝓ specie boni. ꝓ licito. ⁊ forte alijs modis. Solaq; illa intentio remunerabilis est ad vitam/ quaz fides dirigit. Sed non illa sola bona est vt a iunt. Nam si q̃s iudeus vel malus xp̄ia nus necessitatem ꝓximi releuauerit na turali pietate ductus bonum fecit. ⁊ bo na fuit voluntas qua illud fecit.

Quibus mo/dis dicat̃ bo/num.

Hic ponuntur quedam augu/stini capitula que retractauit/ non quasi praue dicta sed quo sensu dixerit insinuans.

Post hoc inuesti

gari oportet qualiter intelligenduz sit q̃d aug̃. ait in li. de vera religione vsq; adeo inquit peccatum voluntarium ma lum est vt nullo modo sit peccatuz si nō sit voluntarium. Huiusmodi dicti rōez

Capitulum p̄mum.

aug̃. aperiens in li. retractationum dicit. Potest videri falsa hec diffinitō. ꝓ si diligenter discutiat inueniet esse verissima. peccatum quippe illud cogitandum est qd̄ tantummodo peccatum est non qd̄ est etiam peccati pena. scz peccatum primum hominis/qd̄ fuit peccatuz z causa peccati. ꝓ non pena q̄uis z illa que non voluntaria peccata nō immerito dicunt. qz vel a nescientib' vl' a coactis perpetrant. nō omnino possunt sine voluntate committi. qm̄ z ille qui peccat ignorans voluntate vtiq̄z facit. qd̄ cum faciendum non sit/putat esse faciendum. z ille qui ꝓcupiscente aduersus spiritum carne. non ea que vult fac̄ concupiscit quidez nolens. z in eo nō facit qd̄ vult. ꝓ si vincit ꝓcupiscentie cōsentit volens. z in eo nō facit nisi quod vult. z illud qd̄ in paruulis est originale peccatum/ex prima hominis voluntate mala ꝓtractum est. Non itaq̄z falsum est qd̄ dixi. i. vsq̄z adeo peccatum voluntarium est ꝛc̄. Ecce qualiter accipiendum sit illud scz vel de primo peccato hominis vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis. quoꝫ licz quedam dicant non voluntaria. que scz p ignorantiam z per infirmitatem fiunt. Eadem tamen ea ratione possunt dici voluntaria/quia sine voluntate non cōmittuntur.

Aliud capitulum.

Aliud capl'm

Illius etiam intelligentia perquirenda est qd̄ in li. de duab' animab' edidit inquiens Nusq̄z nisi in voluntate peccatuz est. qd̄ etiam in li. retractationum plane determinat dicens Potest putari ista falsa esse sentencia/qua diximus nusq̄z nisi in volūtate esse peccatum. cum apostolus dicat qd̄ nolo hoc facio ꝛc̄. Ꝯz peccatuz quod nusq̄z est nisi in voluntate/ illud p̄cipue intelligendum est/qd̄ iusta damnatio ꝓsecuta est id est primuz hominis peccatum. In eodem quoq̄z li. de duabus animabus aliud tradidit ꝓsideratione dignum. ait enim. Non nisi volūtate peccat. ipsamq̄z voluntatem diffinit dicens. Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum. huius dicti causam aperiens. z intelligentiam pādens in li. retractationū ait. hoc ꝓpterea dictum est vt hac diffinitione volēs a nolente discerneret. z sic ad illos referret intētio qui in paradiso fecerunt mali originem peccando nullo cogente peccato id est libera voluntate. qz z scientes ꝓtra preceptū fecerunt. z ille tēptator suasit vt hoc fieret nō coegit Nā qui nesciens peccauit. non incongruenter nolens peccasse dici potest. quāuis et ipse qui nesciens fecit/ volens tamē fecit. ita nec tale peccatum sine volūtate esse potuit. ꝓ voluntas facti ibi fuit ñ peccati voluntas. qd̄ tamen factuz fuit peccatum. Hoc enim factum est qd̄ fieri non debuit. Quisquis autem sciens peccat si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere. nec tñ facit. vtiq̄z volens peccat. quia qui potest resistere non cogitur cedere. quapropter peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est. Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint

Qz mala voluntas est voluntarium peccatum.

Si autem omne peccatum mortale voluntarium est/cū voluntas mala peccatum sit mortale cōstat voluntatem ipsam esse voluntariū peccatum. quid enim vt ait aug̃. taz in voluntate q̄z ipsa voluntas sita est Voluntas itaq̄z mala rede voluntarium dicitur peccatum. qz in voluntate consistit. Voluntas quippe vt ait aug̃. in eodem. est prima causa peccandi. aut nullum peccatum est prima causa peccandi nec est cui recte imputet peccatum nisi peccanti. Non ergo est cui recte imputetur nisi voluntati Hoc aūt d̄ peccato

actuali ⁊ mortali intelligendũ est Neq; his verbis aliud voluit ostendẽ aug̃. vt ipse ait in retractationib'. nisi quia voluntas est qua peccatur ⁊ qua recte viuitur.

An volũtas et actio mala in eodem homine ⁊ circa eandez rẽ sint vnum peccatum an plura

DI XLII

Cum autẽ voluntas mala ⁊ operatio sint peccatum/queri solet vtꝫ in eodez homine ⁊ circa eandem rem hec duo vnum sint peccatuz vel diuersa. vt si quis voluntate furat voluntatem habuit malãque peccatum est. ⁊ actum maluz q̃ itez peccatum est. Hec autem duo diuersa sunt scz voluntas ⁊ actio. Qz nunquid diuersa sunt peccata an vnum. dicunt quidam vnum esse pcm̃ Alij vo dicũt diuersa esse peccata. qz cum cõstet hec duo esse diuersa/aut diuersa duo peccata dicunt. aut duo diuersa non peccata. Quibus alij respondent. hec duo diuersa non esse peccata plura. Non enim plura peccata sunt ꝗ peccatum vnuz qz vna p̃uaricatio vl' inobedientia in vtroq; admittit siue quando vult. siue quando agit. ⁊ vnus est ibi ꝓtemptus. ꝗ minoz cum in voluntate solum peccatum continetur. Maior vo cum voluntati etiam operatio addit. ⁊ ideo maius fit peccatum. ꝗ non plura. cum voluntas operi mancipet.

Opinio ꝓtra illos q̃ dicũt vnum esse peccatum.

Alia contra eosdem oppositio

Qz adhuc eisdez obijcit/si vnum tantum illa duo peccata sunt cum quis voluntate mali prius ꝓcepta deinde opus patrauerit non ꝑ aliquo ante op' reus est/nisi ꝑ quo ante opus reus erat. cuz adhuc in sola vo luntate peccatum ꝓsistebat. Null' em̃ reus est eterne mortis nisi pro peccato

Sed peccatum aliud non est ammissuz actione q̃ꝫ prius admissum erat voluntate. Non ergo ꝑ aliquo alio iste fit dãnabilis actu peccando q̃ꝫ ante fuerat cũ sola voluntate delinquebat. Ad ꝗ etiã ⁊ illi respondent dicentes. ꝓpter peccatum quidem tantum illum reum furem constitui quamuis eius voluntas ⁊ actio vnum sit peccatum/ ꝑ alio tamen reus factus est actu peccando/ q̃ꝫ prius erat sola voluntate delinquendo. quia pro actu qui est aliud q̃ꝫ voluntas licz ñ aliud peccatum

Responsio

Alia aduersus eosdem obiectõ

Itez et adhuc q̃stioni instant dicentes hec duo ideo diuersa esse peccata. qz diuersorum legis mandatoꝝ preuaricationes sunt. Alio enim mandato legis ꝓhibet actio furti scz non furaberis. alio furandi voluntas scz non concupisces rem ꝓximi tui Cum autem hec duo diuersa mandata sint. quib' illa duo ꝓhibentur patz illa duo diuersas esse preuaricationes. diuersa q̃ peccata. Ad qꝗ etiaz illi dicũt diuersa quidem esse mandata. quibus illa duo distinctim ꝓhibent. vt augustinus docet super exodum. Veruntamẽ in illis non obseruatis/vna tantum preuaricatio incurrit. vnumq; cõtrahitur peccatum licet duo diuersa illis ꝓhibeant. Sicut econuerso duo sunt mandata caritatis/quib' duo precipiunt diligi. vna tñ in eis nob' ꝓmendat caritas

Si peccatum ab aliquo admissum in eo sit quousq; peniteat.

Preterea solz q̃ri. cuz ab aliquo perpetrato voluntate peccato voluntas id agendi ⁊ actio trãsierit/nondum tamen vera habita penitentia. Utꝫ illud peccatum vsqueq̃ peniteat sit in eo. qꝗ non esse videt. quia voluntas illa que prius fuit non ẽ neq;

actio. qz neqz vult illud neqz illud agit/ qd ante voluit z egit. Pz non est igno/ randum peccatum duob' modis dici es se in aliq. z transire scilicz actu z reatu Actu est in aliq dum ipsum peccatuz ē vt actio vl' voluntas in peccante ē Rea tu vo cum p eo siue transierit siue assit mēs hominis polluta est z corrupta to/ tusqz homo suplicijs obligatus perpe/ tuis. nec vnqz est in aliq peccatum actu preter originale. quin sit etiaz reatu. ꝗ est reatu interdum postqz transit actu.

¶Quibus modis dicit' in scrip tura reatus.

Reat' autem in

scriptura multipliciter accipit' scilicet p culpa. p pena. pro obligatione pene temporalis vel eterne. Si enim morta le est obligat nos pene eterne. si venia/ le obligat nos pene temporali. Duo e/ nim sunt genera peccatorum mortaliuz scilicet z venialium. mortale est per qd homo mortem eternaz meret' Crimen enim vt ait augustinus est quod est dig num accusatione z damnatione Venia le est quod hominem vsqz in reatum p/ petue mortis non grauat. Veruntamē penam meretur. ꝗ facile indulget'

¶De modis peccatoz qui mul/ tipliciter assignantur.

Modi autez pec

catorum varias in scriptura habent di/ stinctiones in qua dicitur peccatuz duo bus modis committi scilicet cupidita/ te et timore. vt augustinus tradit sup illum locum psalmi. Incensa igni z suf fossa. Dis enim duobus modis dic̄ om/ nia peccata mortalia includi. z incen/ sa ea dicit que ex cupiditate male ince/ dente oriuntur. Suffossa vero que ex timore male humiliante p̄ueniunt. qd est quando quis cupit non cupienda vl' timet non timenda Alibi vero dicitur

¶Prima disti ctio.

¶Secunda di.

peccatum fieri tribus modis scilicz co/ gitatu verbo. z opere. Unde ieronim' super ezechielez. tria generalia delicta sunt quibus humanum subiacet genus Aut em̄ cogitatione. aut sermone. aut opere peccamus. Dis aliquando etiaz additur quartus modus scilicet cōsue/ tudinis. qd in quadriduano lazaro sig/ nificatum est. Dicitur quoqz homo pec care in deum. in se. z in proximum In deum. cum de deo male sentit vt hereticus. vel que dei sunt vsurpare presu/ mit indigne participando sacramentis vel quando nomen dei peierando con/ temptibile facit. In proximum peccat cum proximuz iniuste ledit. In se vero cum sibi et non alij nocet.

¶Quomodo differant delictum et peccatum.

Variam quoqz

appellationem habet. Dicitur em̄ pec/ catum et delictum. et delictum fortasse est. vt ait augustinus in questionib' le/ uitici. declinare a bono. peccatum ē fa cere malum. Aliud est enim declinare a bono. aliud est facere malum. Pecca tum ergo est perpetratio mali. Delictū desertio boni. Quod et ipsum ostendit nomen. Quid enim aliud sonat delictū nisi derelictuz. z qui delinquit quid de relinquit nisi bonum. Vel delictum est quod ignoranter fit. Peccatum quod scienter committitur. Indifferenter ta men z peccatum nomine delicti. z deli/ ctum nomine peccati appellatur.

¶De septem principalib' vicijs

Propterea scie

dum est septem esse vicia capitalia vel principalia. vt greg. super exoduz ait scilicz inanem gloriam. iram. inuidiaz accidiam vel tristiciaz. auariciā. castri margiam. luxuriam. Que vt ait iobes criso. significata sunt in. vij. populis q

terram ꝓmissionis israheli ꝓmissam te
nebant. De his quasi. vij. fontibus cũ
cte animaꝝ mortifere corruptele ema
nant. et dicunt hec capitalia/ q̃ ex eis
oriunt omnia mala. Nullum enim ma
lum est quod etiam non ab aliquo horũ
originem trahat.

De superbia que est radix om
nis mali.

Ex supbia tamẽ
omnia mala oriunt et hec ⁊ alia. quia
vt ait greg. radix cuncti mali est super
bia de qua dicit. Inicium omnis pec
cati est superbia que est amor ꝓprie ex
cellentie Cuius q̃tuor sunt species. vt
greg. ait. Prima est. cum bonuz quod
habet quis sibi tribuit. Secunda cum
credit a deo esse datum. sed tamen pro
suis meritis. Tercia cum se iactat habe
re. quod non habet. Quarta cum cete
ris despectis singulariter vult videri.
Merito ergo radix omnis mali dicit
superbia. Huic autem videtur obuiare
quod apostolus ait. Radix omniuz ma
loꝝ est cupiditas q̃ si radix omniũ ma
loꝝ est cupiditas ergo superbie. Quo
modo ergo superbia radix est ⁊ iniciuz
omnis peccati.

De q̃tuor spe
cieb' supbie

Q̃ cupiditas
est radix om
nium maloꝝ.

Quo sensu vtrunq; radix dica
tur omnium malorum scz ⁊ su
perbia et cupiditas.

Sed vtrunque
recte dictum esse intelligit. Si genera
peccatoꝝ singulorum non singula gene
rum vterq; locutione includi intelligan
tur. Nullum quippe genus peccati est.
quod interdum ex superbia non ꝓueni
at. Nullum etiam quod ex cupiditate
aliquando non descendat. Sunt enim
nonnulli hominum qui ex cupiditate fi
unt superbi. ⁊ aliqui ex superbia fiunt
cupidi. Est enim vt ait augustinus ho
mo qui non esset amator pecunie nisi ꝑ
hoc putaret se excellentiorẽ esse. Jõq;
vt excellat diuicias cupit Tali homini
ex superbia oboritur cupiditas. ⁊ ẽ ali
quis qui non amaret excellere nisi puta
ret per h̃ diuitias maiores habere. Jõ
ergo excellere laborat quia diuitias ha
bere amat Hinc innascitur superbia id
est amor excellentie ex cupiditate Pa
tet ergo q̃ ex superbia aliquando cupi
ditas. et ex cupiditate aliquando sup
bia oritur. et ideo de vtraq; recte dicit
q̃ sit radix omnis mali.

De peccato in spiritumsanctũ
quod dicitur etiam peccatum
ad mortem.

DI XLIII

Est prete
rea quoddaz peccati ge
nus ceteris g̃uius ⁊ ab
hominabilius quod di
citur peccatum in spiritumsanctum de
quo in euangelio. veritas ait. Qui pec
cauerit in spiritumsanctuz non remitte
tur ei. neq; hic neq; in futuro Et iohan
nes in epistola canonica. est peccatum
ad mortem. non ꝓ eo dico vt quis oret
Qui enim peccat in patrez remittetur
ei. ⁊ qui peccat in filium remittetur ei.
Qui autem blasphemauerit in spiritũ
sanctuz non remittetur ei neq; hic neq;
in futuro.

Quid sit illd
peccatuz.

Quorundam opinio.

Sz querit quid
sit illd pctm̃ in spiritumsanctum vel ad
mortez. q̃daz dicunt illd peccatum esse
desperationis vel obstinatiõis Obstina
tio est indurate mẽtis in malitia ꝑtina
tia ꝑ quaz hõ fit impenitens. Despera
tio est q̃ quis diffidit penitus de boni
tate dei. extimans suam maliciam diui
ne bonitatis magnitudinẽ excedere Si
cut caym qui dixit Maior est iniq̃tas
mea. q̃ꝫ vt veniã merear. Vtrumq; vo
d̃r peccatum in spiritumsanctum. quia
spiritussanctus est amor patris ⁊ filij. ⁊
benignitas q̃ se inuicem et nos diligũt
que tanta est cuius finis non est. Recte

ergo in spiritumsanctum delinquere dicuntur. qui sua malicia dei bonitatem superare putant. ⁊ ideo penitentiaꝫ nõ assumunt ⁊ qui iniquitati tam pertinaci mente inherent vt eam nunq̃ relinq̃re ꝓponant. ⁊ ad bonitatez spiritussancti nunq̃ redire. patientia dei abutentes. ⁊ de misericordia dei nimis presumentes quibus placet malicia ꝓpter se sicut pijs bonitas. Isti nimia pertinatia ⁊ presumptione peccant autumãtes deum non esse iustum. Illi desperatione deum non bonum estimant. tollẽtes in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum diuine indulgentie. quo se recipiant fluctuantes. atq̃ ipsa desperatione addunt peccata peccatis dicẽtes misericordiam nullam esse ⁊ q̃ sup̃ peccatores necessaria damnatio debetur.

Utꝝ omnis obstinatio sit peccatum in spiritumsanctum.

Sed q̃rit̃ vtruꝫ omnis obstinatio mentis in malicia obdurate omnisq̃ desperatio sit peccatuꝫ in spiritumsanctum. Quidaꝫ dicũt omnem obstinationem ⁊ omnem desperationem peccatuꝫ esse in spiritumsanctũ quod si est aliquando illud peccatum remittitur. quia multi etiam obstinatissimi et desperatissimi conuertuntur. vt aug̃. ait super illum locum psalmi. cõuertam in profnndum maris .i. in eos q̃ erant desperatissimi. ⁊ ibi mittit cristallum suam sicut buccellas. i. obstinatos facit aliorum doctores. Talium cõuersio ibi etiam euidenter ostendit̃ vbi ait qui educit vinctos in fortitudine Similiter ⁊ eos qui exasperant qui habitant in sepulcris. ſm istos illud peccatum dicit̃ irremissibile/non quin aliq̃n dimittatur. ſ quia vix ⁊ raro ⁊ difficulter dimittit̃. Non enim soluit̃ cristall⁹ nisi vehementi spiritus impetu Alij vero tradunt non quamlibet obstinationem vel desperationem appellari peccatum in spiritumsanctum. Sed illam tãtum quam comitatur impenitentia. q̃ etiam impenitentiam dicunt esse peccatum in spiritumsanctum. Sed qꝛ aug̃. dicit. impenitentia est peccatum in spiritumsanctum. Sꝫ cum obstinatus aliquis sic est vt non peniteat discuti oportet an aliud obstinatio/aliud impenitẽtia sit in eo peccatum an idem/ſ diuersis modis ꝯmissum. Secundũ istos peccatũ illud dicit̃ irremissibile eo q̃ nũq̃ dimittatur. Unde aug̃. etiam dicit. q̃ hoc solum peccatum veniam mereri nõ potest. ⁊ iero. quia taliter peccans digne penitere non potest. et ideo recte iohannes dicit. vt non pro eo oret quis. quia qui sic peccat orationibus ecclesie hic vel in futuro iuuari non potest. habens cor induratum tanq̃ lapis. Sicut de dyabolo legitur. post hanc vitam q̃ valde mali sunt meritis ecclesie iuuari non possunt.

Qualiter accipitur peccatum in spiritumsanctum.

Est etiaꝫ alia huiusmodi peccati assignatio. hoc em̃ peccatum aug̃. diffiniens in li. de sermone domini in monte ait. Peccatũ ad mortem est cum post agnitionem dei ꝑ gratiam christi oppugnat aliquis fraternitatem ⁊ aduersus ipsam gratiam q̃ reconciliatus est deo inuidie faucib⁹ agitatur. qđ fortasse est peccatum in spiritumsanctum. quod peccatum non dicitur remitti. non qꝛ non sit ignoscenduꝫ peccanti si peniteat. Sꝫ quia tanta est labes peccati illius vt deprecãdi humilitatem subire non possit/etiaꝫ si peccatum suum mala ꝯscientia agnoscere et enunctiare cogat̃. vt iudas cum dixit peccaui facili⁹ desperãs cucurrit ad laqueuꝫ q̃ hũilitate veniam peteret. qđ ꝓpter magnitudiẽz peccati iã ex dãnatiõe peccati. tales hẽre credendũ ẽ. Ecce q̃daꝫ assig̃tio peccati in spm̃scm̃ vel ad mortem h̃ posita ẽ. q̃ illud pctm̃ esse tradit̃ oppugnatõ fr̃nitatis p⁹ agnitiõꝫ ⁊ inuidentia gr̃e post reconciliationem

quod species quedam obstinationis intelligi potest Illam tamen diffinitionē aug. in libro retractationum rememorans aliquid adiciendum ibi fore nec asserendo se dixisse aperit ita dicens. qd̄ quidem non confirmaui. quoniam hoc putare me dixi. Sed tamen adiciendū fuit si in hac scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam. quoniam de q̊cunq; pessimo in hac vita constituto nō est desperandum. nec pro illo imprudēter oratur. de quo non desperatur His verbis insinuatur peccatum premissa diffinitione descriptum/tunc solum debere dici ad mortem. vel in spiritumsanctum. cum non habet dimittere penitentiam. nec de aliquo peccatore desperādum est in hac vita. et ideo pro om̄i esse orandum. Unde illud iohannis non ꝓ eo dico vt quis oret. sic accipiendum videtur. vt pro aliquo peccāte ad mortem vel in spiritumsanctum postq̄ finierit hanc vitam non oremus. Dum autem in hac vita est/nec peccatum illius iudicare/nec de illo desperare. sed ꝓ illo orare debem⁹. Unde augustinus de verbis domini de impenitentia que ē blasphemia in spiritumsanctum sic ait. Ista impenitentia vel cor impenitens quamdiu quisq; in hac carne viuit/ nō potest iudicari. de nullo enim desperandum est quamdiu ad penitentiam patiētia dei adducit. Paganus est hodie. iudeus infidelis est hodie. hereticus est hodie. scismaticus est hodie. q̊d si cras amplectatur catholicam pacem. ⁊ seq̄tur catholicam veritatem/quid si isti q̊s in quocunq; genere erroris notas. et tanq̄ desperatissimos damnas. anteq̄ finiant istam vitam agunt penitentiam et inueniunt veram requiem ⁊ vitam in futuro. Nolite ergo ante tempus q̊cq̄ iudicare. Ex his ostendit̄ pro singulis peccatoribus in hac vita esse orandum nec de aliquo esse diffidendum quia cōuerti potest dum in hac vita est q̄ non potest sciri de aliquo vtrum peccauerit ad mortem vel in spiritumsanctum. nisi cum ab hac vita discesserit. nisi forte alicui per spiritumsanctum mirabilit̄ reuelatum fuerit. Ex predictis aliquatenus capi potest quomodo accipiat̄ peccatum in spiritumsanctum scilicet inuidentia gratie fraternitatem impenitentis oppugnans. que vtiq; obstinatio esse videtur. ⁊ omnis impenitentis obstinatio atq; desperatio. Notandum vero est q̄ non omnis qui non penitet impenitens dici potest. q̄ impenitentia ꝓprie obstinati est ⁊ vt quidam volūt etiam desperati.

Alia assignatio peccati in spiritumsanctum.

De hocquoq; peccato in spiritumsanctum ambro. in li. de spiritusancto disserens diffinitam assignatōnem tradit dicens. Cur dominus dixerit. qui blasphemauerit in filium hominis dimittetur ei qui autem blasphemauerit ī spiritumsanctum neq; hic neq; in futuro dimittetur ei. diligenter aduerte. nunquid alia est offēsio filij. alia spiritussancti/sicut vna dignitas sic vna iniuria. Sed si quis corporis specie deceptus humani remissius aliquid sentit de christi carne q̄ dignum est habet culpam. Non est tamen exclusus a venia. Si quis vero sanctispiritus dignitatem. maiestatem ⁊ potestatem abneget sempiternam. ⁊ putet non in spiritu dei eici demonia/sed in beelzebub nō potest ibi exhortatio esse venie. vbi sacrilegi plenitudo est. Satis hic apte explicatur quid sit peccatum in spiritū sanctum scilicet quod illi augustini descriptioni ꝯgruē videt̄. q̄ illud peccatum dicitur esse inuidentia gr̄e oppugnans fraternitatem. Qui enim post cognitionē veritatis sanctispiritus v̄itatem negat. eiusq; opera dic̄ esse beelzebub potestati. bonitati. et gr̄e dei inuidere non dubitat̄. Non vtiq; distinctio illa verboꝝ sic accipienda est quasi trium ꝑsonaꝝ diuise sint offense. ꝑ ibi peccatorum genera distincta sunt. Peccatum enim in patrem/ id intelligitur quod fit

per infirmitatem. quia patri scriptura frequenter attribuit potentiam. Peccatum in filium quod fit per ignorantiam. quia sapientia filio attribuitur. tercium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem vel per ignorantiam/facile veniam adipiscitur /sed non ille qui peccat in spiritum sanctum. Cũ autem vna sit potentia. spientia. bonitas trium quare patri potentia. filio sapientia. spirituisancto bonitas sepius assignetur. superius dictum est.

De potentia peccãdi. an sit homini vel dyabolo a deo.

OI XLIIII

Post predicta consideratione dignum occurrit. vtrũ peccandi potentia sit nobis a deo. vel a nobis. Putant quidaz potentiam recte agendi nobis esse a deo. Potentiam vero peccandi non a deo/sed a nobis vel a dyabolo esse/sic̃ mala voluntas non a deo nobis est ꝗ a nobis et a dyabolo. Bona autem a deo tãtum nobis est.

Ratio ad probandum q̃ bona voluntas non sit homini nisi ex deo.

Bone nanqz voluntatis et cogitationis inicium nõ homini ex seipso nasci. sed diuinitus parari et tribui in eo deus euidenter ostẽdit quia nec dyabolus nec aliquis angelorum eius ex quo in hanc caliginez sunt detrusi. bonam potuit vel poterit resumere voluntatem. quia si possibile foret vt humana natura postq̃ a dõ auersa bonitatez perdidit voluntatis. ex se ipsa rursus eam habere potuisset /multo possibilius hec natura haberet angelica. que quantominus grauatur terreni corporis pondere/ tantomagis hac esset predita facultate Non ꝗ homo vl̃ angelus a se voluntatem bonam habe/e potest. ꝗ malam. Similiter z de potẽtia inquiunt. per similitudinem voluntatis/de potentia boni vel mali disserẽtes q̃ illa sit a deo non ista.

Autoritatibus astruit potentiam peccandi esse a deo.

Sed plurib̃ sanctorum testimonijs indubitanter monstratur. q̃ potestas mali a deo est a quo est omnis potestas. ait enim apostolus Non est potestas nisi a deo. Quod non de potestate boni tantuz. sed et mali intelligi oportet. Cum pilato etiam veritas dicat non haberes in me potestatẽ nisi datum esset tibi desuper Malicia nempe hominum. vt ait augustinus cupiditatem nocendi per se habet. potestatem autem si ille non dat non habet. ideoq̃z dyabolus anteq̃z aliquid tolleret. iob dicebat domino. Mitte manum tuam. id est da potestatem quia etiam nocentium potestas non est nisi a deo sicut sapientia ait. p me reges regnant et tiranni per me terram tenent. Unde iob de domino ait. qui facit regnare hypocritã propter peccata populi. de populo israhel dicit dẽ̃ dedi eis regem in ira mea. Nocendi enim volũtas potest esse ab hominis animo. potestas autem non est nisi a deo. et hoc abdita aptaq̃z iusticia. Nam per potestatem dyabolo datam iustos deus facit suos. de hoc etiam greg̃. in moralibus ait. Tumoris elatio. non potestatis ordo. in crimine est. Potentiam dẽ̃ tribuit. Elationem vero potentie malicia nostre mentis inuenit. Tollamus ꝗ qd̃ de nostro est. qz non potentia iusta. sed actio praua damnat. His autoritatib̃ alijsq̃z plurib̃ euidenter ostendit q̃ nõ est potestas boni vel mali cuicunq̃z nisi a deo equo z si te lateat equitas

An aliquando resistendum sit potestati.

Hic orit̃ questio non transilienda silentio. Dictũ est em̃ supra q̃ potestas peccandi vel nocendi non est homini vel dyabolo. nisi a deo Apostolus autem dicit. q̃ qui potestati resistit. dei ordinationi resistit. Cum ergo dyabolo sit potestas mali. dei ordinatione eius potestati non esse resistẽdum videtur. Sed sciendũ est apostolum ibi loqui de seculari potestate scilicet rege et principe et huiusmodi. quibus non est resistendum in his que iubꝫ deus eis exhiberi scilicet in tributis et huiusmodi. Si vero princeps aliq̃s vl̃ dyabolus aliquid iusserit vel suaserit contra deum tunc resistendum est. Vñ augustinus determinans quando resistẽdum sit potestati in libro d̃ natura boni ait Si illud iubeat potestas quod non debeas facere hic sane contemne potestatem timendo maiorem potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si quid iusserit procurator. nũ quid faciendum est. si contra pro consulem iubeat. Rursus si quid ipse ꝓ cõsul iubeat. et imperator aliud iubeat. nunquid dubitatur illo contempto illi esse seruiendum. ergo si aliud imperator aliud iubeat deus. contempto illo obtemperandum est deo. Potestati ergo dyaboli vel hominis tunc resistimus cum aliquid circa deum suggesserit. in quo dei ordinationi non resistimus sed obtemperamus. Sic enim deus precepit vt in malis nulli potestati obediamus.

Explicit liber secundus.